





IOHANNIS FABRI, EPISCOPI VIENNEN. DE FIDE ET BONIS OPERIBVS, LIBRI TRES.

ij. ad Timoth. iij.

Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo, ad omne opus bonum inſtructus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Coloniæ, Anno M. D. XXXVII.
Menſe Auguſto.



Nec eſt omittendus ter maximus ille Aurelius Auguſtinus Hipponenſ. Epiſcopus in Aphrica. Is uocat in Pſalmo iij. panem ſuperſubſtantialem. Ibidem ait: In hiſtoria noui teſtamēti, ipſa domini noſtri tanta et tam miranda potentia, ꝙ Iudam tam diu pertulit, tamq́ bonum, cū eius cogitationes non ignoraret, eum adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis commendauit, & tradidit. Auguſtinus.

In libro quæſtionum ueteris & noui Teſtamenti quęſtione xcvij. ap plicatur pulchre Manna ad ueritatem ſpiritualis cibi in Euchariſtia.

Ad Creſconium grammaticū lib. primo, ca. xxv. Quid de ipſo corpore & ſanguine unico ſacrificio pro ſalute noſtra? Quamuis ipſe dominus dicat: Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, nō habebit in ſe uitam. Nonne idem Apoſtolus docet, hoc pernicioſum male edentibus fieri? Ait enim: Quicūq́ manducauerit panem & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Ioan. 6 1. Cor. 11

Et in ſermone xlvi. de uerbis domini, non parum ad rem noſtram facientia ſcribit.

Recitat præterea idem Auguſtinus libr. xxij. de ciuit. dei cap. viij. ꝙ cum presbyter obtulit ſacrificium corporis Chriſti, expulſi ſint maligni ſpiritus e domo & agris Heſperij uiri tribunitij.

Et ad Iulianū comitem ait: Hęc eſt bonitas domini noſtri Ieſu Chri ſti, ꝙ ſeipſum dat manducandum.

Et iterum Pſal. xxxiij. Chriſtus ferebatur in manibus, Quoniā commendans ipſe corpus ſuum, ait: Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis. Ipſa eſt humilitas domini noſtri Ieſu Chriſti.

Et lib. ij. contra literas Petiliani Donatiſtę: Ita aliud eſt Paſcha, quod Iudæi agnoſcunt, & aliud quod nos religioſe obſeruamus in corpore et ſanguine Domini.

Sic & lib. primo contra Creſconium grammaticum notat Auguſtinus, ꝙ corpus & ſanguis Chriſti in ſacramento ſit uere ſacrificium.

Sic libro de peccatorum meritis & remiſſione: Ideo nominatur ſacramentum menſa dominica uitæ æternæ, quia dominus dicit: Ego ſum panis uitæ, qui de cœlo deſcendit. Et iterum: Panis quē dabo, caro mea eſt, pro mundi uita. Ioan. 6

Ita & lib. iij. de trinitate, cap. iiij. Nec (inquit) linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna literarum conſcripta pelliculis, corpus Chriſti & ſanguinē dicimus: ſed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, & poteſtate myſtica conſecratum, rite ſumimus, ad ſalutem ſpiritualem, in memoriam pro nobis dominicæ paſſionis, ꝙ cum per manus hominum ad illā uiſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, ut ſit tam magnū ſacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpiritu dei.

Item libro de uaria innocentia: In baptiſmo & Euchariſtia fiunt ma gna miracula & myſteria.

Idem de doctrina Chriſtiana teſtatur D. Ambroſium de hoc ſacramento ſcripſiſſe.

Et in libro iij. de conſenſu Euangeliſtarum dicit, diſcipulorum, qui in Emaus ibant, oculos eſſe aptos, poſtquam Euchariſtiam accepiſſent.

Lib.1.ca.24. Laudat inſuper Auguſtinus in libro de peccatorum meritis & remiſſione Punicos, hoc eſt Aphricanos Chriſtianos, quod baptiſma ſalutem, & ſacramentum corporis Chriſti aliud nihil quam uitam appellauerint.

Sic de ciuitate dei lib. xvij. cap. xx. per longum diſſerit Auguſtinus de ueritate corporis & ſanguinis in hoc ſacramento, & ꝙ ſit ſacrificium.

Et ad Ianuarium diſputat idem, utilius ne ſit, quotidie communicare, an rarius.

Poſtremo denicꝫ ut infinita huius generis omittam, inſtituit idem in lib. ij. de uiſitatione infirmorum, ut ægroti ante omnia corpus domini ſumant, ut ſit uiaticum itineris.

Gregorius Magnus. Adijciam & Gregorium Magnum, qui ſtupenda quædam ſacramenti huius commemorat miracula. Et ut e multis unum enumerem, recenſet ille libro iij. dialog. cap. ij. muto cuipiam reſtitutum eſſe ſermonem, cum primum corpus domini acceperit.

Dicit etiam mulierculæ cuidam incredulæ in hoc ſacramento apparuiſſe digitum, unde perterrita credidit.

Et iiij. dialogorū cap. lviij. quiſquis Gregorij uerba ac ſenſa ponderat, hæc ipſa quæ nos affirmamus, manifeſte deprehendet.

Damaſcenus. Damaſcenus lib. iiij. de orthodoxa fide, cap. xiiij. itidem noſtra confirmat.

Cyrillus. In horum numero nec poſtremus eſt Cyrillus patriarcha Alexandrinus, qui plus ſemel ueritatem corporis & ſanguinis probat.

Caßiodorus. Caſſiodorus porro, cum multis alijs innumeriſcꝫ locis, tum uero præcipue ſuper Pſalm. cix. ait, Chriſtum ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdotiū impleuiſſe, maxime eo tempore, cum in nouiſſima cœna ſub ſpeciebus panis & uini corpus & ſanguinem diſcipulis diſtribuerit. Et quid dicam?

Fulgentius. Fulgentius etiam non tacet, dum ad Monimi quæſtionem reſpondet, hoc cōmodius nunꝗ poſtulari, ꝗ ubi in Eccleſia corpus & ſanguis Chriſti ſacrificetur.

Leo. I. Leo Papa ſexcenties uenerabilis Euchariſtiæ memoriam facit.

Caßianus. Caſſianus collatione xxij. cap. vij. Theonas, inquit, abbas ita dicit: Semper cogitemus, quod ex nobis indigni ſimus cōmunione ſanctiſſimi corporis ſui.

Hos alioſcꝫ huius generis clariſſimos iuxta ac ſanctiſſimos non horum temporū uiros, ſacræ ſcripturæ interpretes fideliſſimos, qui omnes fere ante mille annos floruerunt, inducere poteram latiſſime, qui & concordi uoto meam, imo Eccleſiæ ſententiam de hoc uenerabili ſacramento cōſtantiſſime tuentur, Quorum etiam opera effectum eſt, ut quoties

malignus ſathanas hæreſes immiſerit, protinus ſua corruerint mole.

Nam Berengariũ Vercellenſe damnauit Concliũ, adegitq́ʒ, ut reuocaret errorem, ſicut & Vuiclephi doctrinã ꝓſtrauit Cõſtantien. & Baſilienſis Synodus. Sed et ante multos annos profligauit Neſtorium Epheſina Synodus, ubi cc. Epiſcopi præſidentes, cõfeſſi ſunt contra Neſtoriũ in Euchariſtiæ Sacramento uere exiſtere corpus & ſanguinem Chriſti. Eſt inſuper memoriæ proditum in hiſtoria tripartita lib. vij. cap. xi. ꝙ Litauius de Melito, et Amphilochius Lycaonię et Flauianus Antiochię ac Syriæ correxerunt Maſſilienſes, imo & finibus pepulerunt, quod patrum dextre de hoc Sacramento loquerentur. *Berengarij error.*

Quod ſi non ad finem feſtinaret oratio, diuerterem ad rei primordia, narraremq́ʒ ex ordine q̃modo Petrus, Clemens, Baſilius, Andreas, miſſam celebrauerint, et quid ſibi uellet quod S. Laurentius ad Sixtum ſcripſit, nunq̃ eũ ſacrificaſſe quin ſuo miniſterio uſus eſſet. Dicerẽ quoq́ʒ quomodo Eucherius, Sedulius, Iuuencus, Beda, Alcuinus, cæteriq́ʒ doctores iam inde ab Apoſtolorum temporibus nobiſcum aſſeruiſſent et firmiter credidiſſent, poſt conſecrationem uere præſentem eſſe in manibus ſacerdotis Chriſtum. *Alij Eccleſiæ Doctores.*

Ecquis erit tam ueſanæ mentis, qui non malit credere his, qui ſtudio, ſanctitate & uitæ innocentia polluerunt, primitiuæq́ʒ Eccleſię uicini fuerunt, quam Schvvenckfeldero cum ſuo grege? qui libertatẽ carnis quęritant, commouentq́ʒ prædicationibus ſuis cædes, tumultus & ſeditiones, & in ſeſe inuicem debacchantur, totque inde pullulant ſectæ quot ſunt capita. Vnde fit quod una alij uiam & aditum ad cœleſtia regna præcludit. An uero hij ſint fructus ſpiritus, tu uideas.

Sed finem faciam, quoniam ſatis ſuperq́ʒ commonſtraui commenta, mendaciaq́ʒ Caſpari, quibus ſuas nænias tueri ſatagebat, Nec interim ſanctis dei hominibus atque confeſſoribus parcebat, quin illos ſuæ impietatis aſſertores mendaciſſime diceret. Hoc nimirum conſilio, ut ſi imperitæ ac promiſcuę multitudini perſuaderet, ueteres a ſua ſententia non diſcrepare, nihil reliquum eſſet, quam ut in iram cõcitati homines imperiti, unanimi uoce clamitarent, aliquot iam annis ſacerdotes ſe turpiſſime deluſiſſe, ac circumueniſſe uana ſuperſtitione. Sed diuina benignitate euenit, quod nequam ille ſuo uoto fraudatus eſt: Nam ueritas emicuit, moxq́ʒ denſiſſimas mendaciorum nebulas ac tenebras diſſipauit. *Calumniæ Caſpari in antiquos Doctores.*

Deplorãdum eſt profecto adeo homines quoſdam perfricuiſſe frontem, ut ſi per ueritatem ſua defenſare nequeant, ſtatim uana pro ueris inferant, humanasq́ʒ adinuentiones pro diuinis uenditent, malintq́ʒ ſuper harenam ædificare quam ſuper firmiſſimam petram, et tãdem in tenebris manibus palpitare quam in clariſſima luce ambulare. *Impudentia eiuſdem.*

Hæc quantulacunq́ʒ ſint, quæ pro ueritate manutenẽda tandem exaraui, nõ popularis auræ gratia elaboraui: ſed in honorem gloriæ diuinę & commodum ſanctę Eccleſię, & in ędificationẽ ſimplicium hominum, *Concluſio libri.*

 maxime

maxime uero Sleſitarum, ut caueant porro, ac fugiant & uitent rapaces illos lupos ac impoſtores, qui ſpumantibus uerbis intonant, & male cautis uenena inſudant, quo reti & hamo capiant infirmos, quorum fructus huc tendit, ut demetantur, & in ignem mittantur.

Deo, à quo & per quem & in quo ſunt omnia, ſit honor, gloria, uirtus, & imperium in infinita ſæcula,

AMEN.

LIPSIAE
Nicolaus Vuolrab excudebat,
Anno poſt Chriſtũ natũ
M. D. XXXVIII.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO, PIENTISSIMOQVE
Principi, & dño, domino Ferdinando, Romanorum, Hungariæ, ac Bohœmiæ &c. regi, Archiduci Auſtriæ &c. Principi, & domino ſuo clementiſſimo, Iohannes Fabri Epiſcopus Viennenſis gratiam, a deo Opt. Max. ac ſalutem, & tandem omne bonum optat.

Sereniſſime, potentiſſime, pientiſſime, atq; idem clemen
tiſſime, rex. Et ſi olim prophetæ teſtamenti veteris ſan-
cto inſpirati ſpiritu, paſſim de pſeudoprophetis, pleraq;
vaticinati ſunt, attamen (niſi me mea fallat opinio) qui
ſub Euangelio, verba dei loquuti ſunt ſancti, nō minus
vera, neq; minus certa, de pſeudoprophetis nouiſſimoꝝ
& noſtrorum tempoꝝ prophetaſſe cōperiuntur. Siqui-
dem princeps & os apoſtolorum diuus Petrus, verba faciēs de pſeudopro 2. Petri. 2.
phetis, futuros eſſe prædixit, in temporibus nouiſſimis, magiſtros mēdaces,
qui introducerent ſectas perditionis, qui etiam eſſent prædicaturi, in ſuper-
bia & deſiderijs carnis, in errore cōuerſati, libertatem promittentes, cum ipſi
ſerui ſint corruptiōis, hos procaces, & temerarios homines idem Petrus, pro
ſua a deo donata ſibi gratia, vocat fontes ſine aqua, & nebulas turbinibus
exagitatas, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Iohannes aūt ille dilectus 1. Iohan. 4
Chriſto diſcipulus a pſeudoprophetis, ſummopere cauendum eſſe putauit,
ſtrenue docens nō eſſe credendum omni ſpiritui, eoſq; Antichriſtos atque 1. Iohan. 2.
ſeductores vocare nō timuit. Quos diuus quoq; Paulus doctor gentiū, &
electionis vas, aliquando in nouiſſimis temporibus fore prænoſcens, ad Ti- 2. Timo. 3
motheum in hæc verba taxat ac depingit. Hoc autem ſcito, inquit, ꝙ in no
uiſſimis diebus inſtabūt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amā-
tes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nō obedientes, ingrati, ſcele-
ſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incōtinētes, immites, ſine benigni-
tate, proditores, proterui, tumidi, cęci, & voluptatū amatores, magis q̄ dei,
habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem aūt eius abnegantes, & hos de-
uita, quemadmodū autē Iambres & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi
reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed vltra nō
proficient, inſipientia em̄ ipſorum, manifeſtata erit omnibus, ſicut & illorum
fuit, a quibus etiam cauendum eſſe, præmonuit idem Paulus qui per dulces Romañ. 16
ſermones, & benedictiones ſeducerent corda innocentium, pſeudoprophe-
tas eiuſmodi canes vocans, ſubdolos homines & operarios malos. Quis au 2. Cor. 11.
tem nō videt, niſi qui nihil aut vult, aut poteſt videre, nos in hoc tam infelix
incidiſſe ſeculum, & in ipſos fines ſeculorum deueniſſe. Cum huiuſcemodi 1. Cor. 10.
pſeudoprophetarum hominum ſine deo, ac ſine pietate in deum, propemo-

dum infinitus ſit numerus. Nam quocūq; te vertas identidem ac eiuſcemodi audies & deprehēdes, qui vt olim ſub Eſaia, dicant, malū bonū, & bonū malū, ponentes tenebras lucē, & lucē tenebras, ponētes amarum in dulce, & dulce in amarū, de quibus olim & Ezechiel, iuxta fluuiū Chobar propheraſſe legitur. Inquit enim: Sequūtur ſpiritū ſuū, & nihil vidēt, vidēt vana, & diuināt mendaciū, dicentes: ait dn̄s, cum dn̄s nō miſerit eos, hi ſunt qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciūt ceruicalia ſub capita vniuerſæ ætatis, ad capiēdas animas. Eiuſmodi pſeudoprophetarū temporibus noſtris magnū eſſe numerū, nemo eſt qui nō agnoſcat. Quādoquidē extāt æditi libri quāplurimi, in quibus authores licentioſiſſime & profecto nō ſine ſatanæ inſtinctu, paſſim nō erubeſcūt bona dānare opera, quaſi deo grata nō ſint, neq; meritoria, vel gratiæ, vel gloriæ dei, quæ tamē Chriſtifideles pia intētione, & iuxta ritū catholicū hucuſq; facere cōſueuerūt. Ore interim impudēti clamātes etiā vſq; ad raucedinē, Chriſtianū hominē bono opere quantumuis ſancto nō poſſe promereri, vel mercedē, vel retributionem, & proin nihil ſperandū eſſe, vt interea taceam quod prædicare nō formidāt, in omni bono opere, peccare iuſtū Ad hæc perfricta fronte docere nō ceſſant, ita Chriſtū ſua paſſione ſuſtuliſſe peccata oīa, vt iam bonis operibus penitus opus nō ſit poſt Chriſti paſſionē. Quoniā ipſe ſua ſatisfactione omnium temporū peccata ſuſtulerit, & q̄d peius eſt, affirmāt eos errare imo peccare grauiſſime, quicūq; tandē fuerint qui poſt Chriſti paſſionē aliquod bonum opus, qualecūq; id fuerit, operari velint aut ſtudeāt. Quaſi vero Chriſtus propterea crucifixus, ac mortuus pro nobis fuerit, vt bibamus, edamꝰ, & voluptariæ vitæ perinde ac Epicuri de grege porci, toti dediti, deuoti, ac quādiu vixerimus addicti ſimus, ſicq; q̄d longe dānabilius eſt, veluti Iebuſæi cōculcatores margaritas omniū bonorū operū pedibus cōculcant. Accedit his oībus, q̄ qui inter euangeliſtas columnæ, & primi eſſe atq; haberi cupiunt, nō verentur nō tam ipſius Manichæi q̄ Wiclephi, & in cōcilio Cōſtantienſi dānati, damnatā hæreſim ab inferis reſuſcitare, temere docētes, ex abſoluta neceſſitate euenire oīa. Qua quidē impia aſſertione, ſubinferunt non modo tacite, ſed palam in ſuggeſtu prædicāt, orationes, obſecrationes, gratiarū actiones, poſtulationes, benedictiones, maledictiones, exorciſmos, catechiſmos, ſacramēta, præcepta, mādata, diſciplinas, conſilia, cōſulta, vota. monachatū, cœlibatū, mortificationē carnis, ieiunia, meditationes, & alia id genus multa milia prorſus nihil præſtare, nihil deniq;, neq; apud deū, neq; apud homines valere. Quo factū eſt, prohdolor, vt inclytæ nationis Germanicæ (alioqui religioſiſſimæ) populi, hanc deo placentē orthodoxam religionem, ab apoſtolis, & apoſtolicis viris, atq; a maioribus noſtris quaſi p manus nobis traditā, ac pie in timore dn̄i obſeruatā iam reſpuant, & nō pauci iugum dn̄i penitus a ſe excutere tentent, nihil q̄d pertinet ad caſtigationē carnis, ad cultū & obedientiā dei, & magiſtratuū, & alia quæ ſunt legis diuinæ, vel audire, vel opere perficere velint. Dicūt enimuero recte ac pie vi-

Eſaie.5
Ezechie.13
Ibidem
Eſaiç.22
1.Cor.15
Matth.7
Galat.5

dētibus,nolite videre,ſapiētibus,nolite aſpicere nobis,ea q̄ recta ſunt,loqui- Eſa.30
mini nobis placētia,videte nobis errores,auferte a nobis viam dn̄i,declina-
te ſemitā eius, nolite de cetero dicere os dn̄i loquutū eſt.Hæc dicit,hæc pre- Pſal.35.36 1.Petri.3
cipit,& hæc mādat dn̄s,neq; poſt hac audiamus, vt declinet vnuſquiſque a Ibidem.
malo,& faciat bonū,Sed hoc e p̄ſcripto noſtro populari p̄dicate,vt vnuſ-
quiſq; declinet a bono & faciat malū.Hui⁹ ac tāti mali authores reuera ſunt
noſtror̄ tēpor̄ pſeudoprophetæ,Sichimitico ſpū vertiginis agitati,vt di-
cant,& doceāt,hæc tā abominabilia,& a ſenſu euāgelico tā aliena,oīa in de- 2.Cor.13.
ſtructionē veritatis,& occaſionē carnis q̄ ſaluti aīar̄ reuera nō cōueniūt ne-
que expediūt. Quis aūt niſi totus,vel cæcus, vel ſtupidus,iā tādē nō agnoſ-
cet,hoc veniſſe tp̄s,q̄d electiōis vas,hiſce verbis Timotheo p̄ſcripſit,dicēs:
Erit tp̄s quū ſanā doctrinā nō ſuſtinebūt,ſed ad ſua deſideria coaceruabunt 2.Timo.4
ſibi magiſtros prurientes auribus,& a veritate auditū auertēt.Hæc noſtro re
uera irreligioſiſſimo & Babylonico ſeculo eueniſſe,nemo eſt q ignorat.Nā
aduerſus huiuſcemodi ſpurcitias,& Epycurea dogmata in hāc horā quiſq;
vel vno verbo reſiſtere cœpit,mox e plauſtro debachātium furioſor̄ hoīm
ſcōmata,ledoria, cōuitia & maledicta propemodū infinita & vix enarrabi-
lia ſuſtinere coactus eſt. Eiuſmodi autē prophetas in paſtoralibus Thecue,
Amos propheta ex ore dn̄i fore p̄dixit Qui videlicet mordeāt dentibus,& Amos.3
ſi qs nō dederit in ore eor̄ q̄ppiā,ſanctificēt ſuper eū prælīū. Quod multis
pijs doctiſſimiſq; viris cōtigiſſe notiſſimū eſt,qui qn̄ zelo dei moti ſtudue-
re pro viribus orthodoxā religionē defendere,mox dialogis obſcœnis de-
territi ac repulſi ſunt,& accidit illis perinde,vt ſeruis optimi ac piētiſſimi re-
gis Dauid, De qua re in Regū lib. ij.ſic legit̄:Poſteaq̄ vt moreret̄ rex filior̄ 2.Reg.10 1.Para.19.
Ammon, & regnaret filius eius pro eo. Dixit Dauid:Faciā miſericordiā cū
Anon filio Naas,ſicut fecit pater eius mecū miſericordiā.Miſit ergo Dauid,
cōſolās eū per ſeruos ſuos ſup patris interitu.Cū aūt veniſſent ſerui Dauid
in terrā filior̄ Ammon,dixerunt principes filior̄ Ammon ad Annon dn̄m.
ſuū.Putas q̄ propter honorē p̄ris tui miſerit Dauid ad te cōſolatores,&nō
ideo vt te inueſtigaret & exploraret ciuitatē,& euerteret eā,miſit Dauid ſer
uos ſuos ad te.Tulit itaq; Anon ſeruos Dauid, raſitq; dimidiā partē barbæ
eor̄,& p̄ſcidit veſtes eor̄ medias,vſq; ad nates,&dimiſit eos.In hunc certe
modū,fecerūt ſummo ſtudio,bonor̄,& mor̄,& oper̄ corruptores æui no
ſtri,filij Cham oīm ī pudētiſſimi,interea ſeſe p oīa vēditātes euāgelicos hoīes
At eueniet illis proculdubio q̄d p̄phetauit Micheas. Nēpe illis nox pro vi- Miche.3
ſione erit,& tenebræ pro diuinatione,& occumbet ſol ſuper prophetas illos
& obtenebrabitur ſuper eos dies,& confundentur quæ vident viſiones, &
confundentur diuini,& operient omnes vultus ſuos,quia non eſt reſpōſum
dei.Hæc in Catabaptiſtis ſexcenties intra paucos annos deprehēdimus,qui
vaticinijs ſuis,toties miſeræ plebeculæ impoſuerūt,ipſi pollicētes,q̄d Chrūs Acto.1
recuſabat reuelare ſuis vſq; in finē dilectis apoſtolis, ſiquidē ſciſcitantibus

apoſtolis, Num hoc tēpore ille eſſet reſtituturus regnū Iſrael, reſpōſum eſt,
nō eſſe in poteſtate hoīs, noſſe, vel tempora, vel momēta, q̄ ſibi reſeruaſſet
pater, & poſuiſſet in ptāte ſua. Anabaptiſtæ aūt p̄ſumptuoſo q̄dā ſpū nō eru
buerūt p̄dicare certū, & fixum diei nouiſſime tp̄s, & licet aliquoties hi q no
uis ſectis ſeſe dederūt, decepti fuerint, nihilominus interea ambiunt habe-
ri apud oēs eruditores inſipiētiū & ſummæ veritatis magiſtri, neq; volūt tā
apertū errorē agnoſcere. Quid q̄ quotq̄t huius inſtituti ſunt hoīes, volunt
1.Cor. 14 haberi, toti euāgelici, ac toti theopneuſti, id eſt dei ſpū inſpirati, in q̄s ſolos p
Romano.3 uenerit ſpūs dei & q̄bus ſolis credita ſint eloquia dei, & primo loco euāgeliū
Hebræo.12 Chriſti. Ego vero volens tandem remiſſas manus, & ſoluta genua erigere,
3 Regū.18 greſſusq; rectos facere, ne diutius claudicet populus dei vtroq; pede, decre-
Ruth 2 ui poſt Moabitidem illam mulierem ſpicas colligere poſt terga metētium,
Luc. 21 & cum paupercula illa muliere duo æra minuta in gazophilacium domini
1.Eſdræ.5. ferre, modo templum dei quod olim erat in Hieruſalem ſanctum, iam vero
multa ex parte dirutum & pollutum (venerunt enim gentes in templū do-
Exo.35. mini ſanctum & polluerunt illud) reſtaurari, & ordini ſuo tabernaculū do-
mini reſtitui queat. Sunt vt verum ingenue fatear, qui aurum, argentum, la
pidesq; pretioſos. Sunt inſuper alij qui biſſum, & purpurā, coccum, & hya-
cinthum offerunt, mecum vero bene ac feliciter agetur, ſi pro reſtaurando ta
bernaculo domini obtulero pelles, & caprarum pilos. Proin vt ſummatim
perſtringam laboris mei inſtitutum, hoc breui compendio voluī, e ſcriptura
ſancta, nōnihil contendere, ac in medium non cōtemnenda proferre, aduer-
ſus eos qui putāt ſolam fidem, ad ſalutem ſufficere interim ſuperciliosiſſimi
bona damnantes opera. Non præſumpſi autem vel elata mente, vel alto ſu
1.Regū.17. percilio contra huiuſcemodi nouatores Philiſtæos, bonorum operū oſores
pugnare, quin potius cum humili, & paſtorali armatura venio, perinde vt
olim feciſſe legimus Dauidem illum humilem dei ſeruum, quando Goliam
Philiſtæum blaſphemum proſtrauit in terram, ſicq; glorioſus victor euaſit.
Limpidiſſimos proinde de torrēte cum Dauide illo humili eligam lapides,
eosque mittam in peram paſtoralem, vt funda iaciens modo vt valeam ad-
uerſarios orthodoxæ religionis, in fronte percutere, erunt autem hi quinq;
1.Cor. 14 lapides tunc limpidi, imo limpidiſſimi, ſi quinq; his verbis ſacræ ſcripturæ,
quorum meminit Paulus recte vſus fuero, Proin in hoc opere de fide & bo
nis operibus, nulla alia ſcriptura quam Biblica vtar. Ita vt ſolam fidem præ-
Pſalm.140 dicantes, & opera bona damnantes, totidem ſcripturarum teſtimonijs victi,
tandem reſipiſcere, & ad cor, ſeu potius viam veritatis redire cogantur, ne-
que poſthac vllam in excuſandis peccatis excuſationem habere poſſint. Cla
2.Timo. 3 mant illi quotidie, ſcriptura, ſcriptura, & ego volens illorum votis obtempe
rare, itidem appello ſcripturam, videlicet non ignorans a Paulo ſanctiſſime
ſcriptum, quod omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendū,
ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit
homo

homo dei, ad omne opus bonum inſtructus. Et quæcunq; ſcripta ſunt, ad no
ſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & cõſolationem ſcripturarũ Romañ.15
ſpem habeamus. Quod ſi ſcriptura, ad hoc vtilis eſt, vt ſimus ad omne bo-
num opus inſtructi, & paſſim docet, vt faciamus opera bona, vt vigilemus
vt otioſi non ſimus, ſed vt laboremus, & operemur bonum erga oẽs. Quo- Gala. 6
modo itaque poſſumus aliquid aduerſus veritatem? Quomodo poſſumus 2.Cor. 13
adulterare verbum dei? Quomodo propinabimus Nazaræis, vt vinũ bi- 2.Cor. 4. Amos. 2
bant, vt vota non reddant? Et quomodo poterimus ſana cõſcientia manda-
re veris prophetis, & dicere ne prophetetis? Quomodo nos lucernam no- Amos. 2 Matth. 5
ſtram diutius abſcondemus ſub modium ne minus luceat? Et quomodo, nõ Marci. 4 Lucæ. 11
& nos prædicabimus, cum magno illo prædicatore, deum time, & manda- Eccl's vltio
ta eius obſerua, hoc eſt omnis homo. Quia omne opus deus adducet in iu-
dicium, ſuper omne occultum, ſiue bonum, ſiue malum ſit, reddet enim vni-
cuiq; ſecũdum iuſtitiam eius. Toto itaq; cœlo errant, qui damnãt opera bo Roma. 2 Matth. 25.
na, id q̃d in ſequentibus, ex ore omnium, nõ modo prophetarum & ſancto-
rum, ſed & ex ore domini dei exercituum, & filij eius vnigeniti prolatũ ma-
nifeſtum erit. Et quia ſacratiſſimam tuam regiam maieſtatẽ, ab ineunte æta-
te, & a teneris, ſcio, & multis argumentis interim (quo maieſtati tuæ ſacratiſ
ſime in quintumdecimũ annum ſeruio) didici, & reipſa expertus ſum ſacris
oblectatam eſſe literis, & nullam doctrinam deteſtari vehementius, q̃ eam
quæ bonos mores, & vitæ ſanctimoniã, imo bona opera corrumpat. Sciam
deniq; & quotidie ſentiam, illi præ rebus omnibus orthodoxam & catholi-
cam religionem cordi eſſe, atq; eos qui bona opera damnant, aliasq; hære-
ſes ſtruunt in animo tuæ maieſtatis diſplicere ſemper. Eapropter hũc labo-
rem qualiſcunq; is fuerit pientiſſime tuæ maieſtati dedicare volui, ea fidu-
cia fretus, ꝙ paruitatem ingenij tua maieſtas cõtemptura non ſit, quin poti⁹
in hoc opere voluntatem quam pro re publica Chriſtiana propenſam ha-
beo, ſpectabit & intuebitur. Precor itaq; & per ſacra obſecro deum qui do- Pſalmo. 93
cet hoĩem ſcientiam, quiq; illuminat oẽm hoĩem venientem in hunc mundũ Iohan. 1
a quo etiam omne datum optimum deſurſum deſcendit, velut a patre lumi- Iacobi. 1
num, dare dignetur intellectum, & ſapientiam, ita vt cõcreſcat veluti pluuia Deuter. 32
doctrina mea, & fluat veluti ros eloquiũ meum, fiat, fiat. Datum in Oeni-
ponte & Tyrolenſi tuæ maieſtatis comitatu florentiſſimo, prima die menſis
Auguſti. Anno a Chriſto nato milleſimo quingenteſimo, triceſimoſexto.

INDEX SERIEM CAPITVLORVM LIBRI PRIMI, DE FIDE DEMONSTRANS.

CAPVT PRIMVM.

Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem.
Fidei vis atq; virtus non mō magna ſed & potētiſſima ē. Ca.II.
Fides fuit ſub Chriſto multis cauſa ſalutis. Ca.III.
Non ſolum propria, ſed & aliena fides vtilis eſt. Ca.IIII.
Vere & fide non ficta credentibus promiſſa eſt & datur vita æterna. Ca.V.
Incredulitas in teſtamento veteri valde deteſtabilis erat. Ca.VI.
Incredulitas, non minus in nouo quam olim in veteri teſtamento deteſtabilis eſt. Cap.VII.
Fides eſt ſubſtātia rerū ſperandarū argumentū nō ꝑ paretium. Cap. VIII.
Ad ſalutem non ſufficit ſola fides. Cap.IX.
Errant, aſſerentes, hominem ob nullum aliud crimen, ꝗ propter ſolam perfidiam a deo vel puniri vel damnari. Cap.X.
Supra modum & in magnā perditionē animarum adulterant & deprauant verbum dn̄i, quotquot ſolam fidem prædicare non ceſſant. Cap.XI.
Charitas vinculum perfectionis eſt. Cap.XII.

INDEX, SERIEM CAPITVLORVM LIbri ſecundi de fide & bonis operibus demonſtrans.

CAPVT PRIMVM.

Qui dicit ſe in Chr̄o manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare.
Paſſio Chriſti pro ſalute mundi multiplici prophetarum teſtimonio prophetata eſt. Cap.II.
Ieſum Chriſtum eſſe ſaluatorem noſtrum, cuius paſſionis cōdonata ſint peccata noſtra, ſcripturæ docent. Cap.III.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vt tolleret peccata mundi. Cap.IIII.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens exemplum, vt in bonis operibus ſequamur veſtigia eius. Cap.V.
Ex paſſione Chriſti vocati ſumus in libertatem, modo ne demus libertatē hanc in occaſionem carnis. Cap.VI.
Sic libertati donati ſumus a Chriſto, vt nihilominus maioribus noſtris obedire oporteat. Cap.VII.
Chriſtus paſſus eſt in carne, non vt ſecundum carnem viuamus, ſed vt ſpiritu facta carnis mortificemus. Cap.VIII.
Chr̄s pro nobis mortuus eſt, vt & nos mortificem⁹ deſideria carnis. Ca.IX.
Paſſio Chriſti docet, vt declinemus a malo. Cap.X.

Ex paſſione Chriſti non ſolum docemur declinare a malo, ſed & amplectí quodcunque bonum. Cap.XI.
Manifeſta ſunt ſcripturarum teſtimonia pertinere ad hominem Chriſtianum pretioſo Chriſti ſanguine redemptum, vt operetur bonum. Cap.XII.
Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omĩ iniquitate. Et mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorũ operũ. Ca.XIII.
Compati oportet, ſi conglorificari velimus cum Chriſto. Cap.XIIII.

CAPITA TERTII LIBRI.

CAPVT PRIMVM.

NOn ſolum credendum, & audiendum, ſed faciendum eſt bonum.
Non modo lex Moyſi, ſed & Euangelium præcepit vt bona faciamus. Cap.II.
Faciendum eſſe bonum, in nonnullis parabolis, & ſimilitudinibus docuit Chriſtus. Cap.III.
Omnibus pie Chriſto credentibus, vna de faciendis operibus prædicatio Chriſti, quæ ſcripta eſt, Matthæi.VII. ſufficientiſſima eſt. Ca.IIII.
Facientibus bonum, certa eſt promiſſio vitæ æternæ. Cap.V.
Etiam ſub Moyſe bonum facientibus, certarũ rerum promiſſio fuit Ca.VI.
Nouum teſtamentum pro bonis opibus melioribus promiſſionibus ſancitum & firmatum eſt. Cap.VII.
Exemplo Chriſti & piorum omnium facienda ſunt bona. Ca.VIII.
Magna res & magni myſterij eſt, omnes reges in Iſrael Iuda & Hieruſalem ſi boni fuerunt, primum tunc laudari ſi fecerint bonum, vituperari vero quando fecere malum. Ca.IX.
Deteſtatur ſcriptura nonnullos reges in Iuda, Hieruſalem & Iſrael propterea quod malum fecerint. Ca.X.
Non oportet, neque fas eſt hominem Chriſtianum otioſum eſſe Ca.XI.
Laborare oportet. Ca.XII.
Perniciosus eſt error docẽtiũ, nos nihil bñfacere poſſe aut debere. Ca.XIII.
Vt benefaciamns multæ veteris teſtamenti ſcripturæ docent. Ca.XIIII.
Ad hominem Chriſtianum, ex euangelio pertinet benefacere. Ca.XV.
Quẽadmodũ benefacientibus bene, ita male agentibus male erit Ca.XVI.
Die ac nocte & quãdiu vixerit, homo dño deo ſeruire oportet. Ca.XVII.
Fide non ficta, ſed re ipſa oportet ſeruire deo. Ca.XVIII.
Vigilare oportet. Ca.XIX.
Quærere oportet. Ca.XX.
Dabit dominus vnicuique ſecundum opera eius. Ca.XXI.
Bonorum operum retributor eſt deus. Cap.XXII.
Bona ſpe retributionis a deo, poſſunt fieri bona. Ca.XXIII.

Deus non modo bonorum,ſed & malorum retributor eſt. Cap. XXIIII.

Non modo in veteri teſtamento,ſed & nouo retributio bonorum operum fundamentum habet. Cap. XXV.

Quicunq; operatur iuſtitiam, is benedictionem & miſericordiam accipiet a deo ſalutari ſuo. Cap. XXVI.

Bonorum operum in veteri teſtamento multiplex, & varia promiſſio ac remuneratio fuit. Cap. XXVII.

De remuneratione bonorum Eſaias plus clarius prophetis cæteris prædixiſſe legitur. Cap. XXVIII.

Quod bene operantibus in veteri teſtamento latentibus quibuſdam verbis,& in ænigmate promiſſum eſt,hoc ſub euangelio manifeſtis verbis declaratur. Cap. XXIX.

Paſſim in euangelio mandata dei ſeruantibus promittitur vita æterna. Cap. XXX.

Bona opera poſſunt a Chriſtiano homine fieri ſub ſpe vitæ æternę,potiſſimum ab exemplo & doctrina Pauli. Cap. XXXI.

Non ſolum Paulus ille doctor gentium, ſed & alij apoſtoli docuerunt ex bonis operibus ſpem vitæ æternæ. Cap. XXXII.

Errant qui putãt meritũ alienũ homini prodeſſe nõ poſſe. Cap. XXXIII.

Piorum preces & orationes,non modo ſibi,ſed & alijs plurimum proſunt. Cap. XXXIIII.

Non ſolum ex veteri,ſed etiam ex nouo teſtamento, clarum & manifeſtum fit,etiam preces aliorum prodeſſe plurimum. Cap. XXXV.

F I N I S.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

QVoniam ſine fide non eſt poſſibile placere deo, & omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, eapropter ad ædificationem credentium vtile viſum eſt, nonnulla de fide in medium afferre ac docere, ante omnia neceſſarium eſſe, vt vnuſquiſq; in fide catholicæ eccleſiæ conſtanter, inuiolabiliterq; permaneat, Dein, quantæ virtutis fuerit & ſit vera fides, quoq; non ſolū propria, ſed & aliena fides Chriſtifidelibus proſit & vtilis ſit. Et vt infidelitas res apud deum abominabilis fuerit ſemper, inſuper vt ad ſalutem non ſufficiat ſola fides, his qui poſſunt & quibus datum eſt operari bonum. Hæc & his ſimilia multa in primo libro tractantur & conſcripta ſunt.

IOHANNIS FABRI EPISCOPI VIENNEN. DE FIDE & bonis operibus. Liber primus.

Quicunq; vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt vt teneat catholicam fidem.

CAPVT PRIMVM.

ATſi magnus, ac ſanctus ille vir Athanaſius, olim Alexandrinus Epiſcopus ſui ſanctiſſimi ſymboli aduerſus Arrianos hoc fecerit principium, ꝙ quicũq; velit ſaluus eſſe, opus ſit, vt ante oĩa teneat catholicam fidem, attamen hanc grauem & multis modis obſeruãdam ſententiam, non ſine ſcriptura confeſſus eſt. Paulus ẽm apoſtolus manifeſtis verbis docet Hebræos, oportere acce- Heb.11
dentem ad deũ credere. Et ꝙ ſine fide ſit impoſſibile placere deo. Romanis autem, quorum fides eo tẽpore quo Paulus vixit, annũtiabatur, per vniuer- Roma.1.
ſum mũdum poſt multã de fide diſputationem, ingenue ſcribit, omne quod Roma.14
non eſt ex fide, peccatũ eſt. Galathis vero ſcribens, cõſidenter ait, vt ex fide Galat.3.
iuſtificet gentes deus. Et qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abrahã. Hi deniq; ſint filij Abraham, & iuſtificent ex fide, imo in Chriſto Ieſu, neq; circũciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur, vnde gratia ſaluati eſtis per fidem, quæ & dei donum eſt, ait apoſtolus magiſter gentium. Tradidit autem ac docuit hæc, atque his ſimilia Pau- Ephe.2.
lus de fide, non ignotans paſſim in Euangelio etiam dominum ante omnia exegiſſe fidem. Quãdo enim hunc ſequuti ſunt duo cæci, clamãtes & di- Matth.9
centes: Miſerere noſtri fili Dauid. Cũq; dominus veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci illi, & dixit eis Ieſus. Creditis, ꝙ hoc poſſum facere vobis. Dicunt ei: Vtiq; dñe. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidẽ veſtram fiat vobis, & aperti ſunt oculi eorum. Iairo archiſynagogo volẽs erigere animum ſuper filia ſua in extremis laboranti, ait: Noli timere, tantum- Marci.5
modo crede. Patri vero qui filium attulerat, habentem ſpiritum mutum, qui frequenter eum in ignem, & aquam præcipitauerat, opem implorãti ac dicẽti, adiuua nos, ſi quid potes, miſertus noſtri. Ieſus ait: Si potes credere, oĩa poſſibilia ſunt credenti, & cum teſtaretur pater fidem ſuam cum lachrymis Marci.9
dicens: Credo domine, adiuua incredulitatem meã. Exijt ille ſpũs immũdus quem etiã propter incredulitatem non potuerãt eijcere diſcipuli. Ad cæcum natum e ſynagoga iam eiectum ait dñs, tu credis in filiũ dei, reſpondit ille Iohan.9
& dixit: Quis eſt dñe vt credam in eum. Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait, credo domine, & procidens adora-

uit eum. Ecce vt etiam ab hoc homine, qui cæcus a natiuitate fuit, perpetra-
to miraculo, fidem, ſicut a pleriſq; alijs veluti principium, & fundamẽtum ſa
Iohan. 11. lutis exigit ac requirit Martha cum eſſet ſuper obitu Lazari fratris pro mo
re ſuo, nõ modo triſtis, ſed & valde ſolicita, quando dixit ad dominum, iam
fœtet, quatriduanus eſt enim, audit reſpondentẽ in hæc verba Ieſum, nonne
dixi tibi, qm̃ ſi credideris, videbis gloriã dei. Ex his itaq; manifeſtum fit fidẽ
apprime, veluti neceſſariam eẽ ad ſalutem, ſine qua etiã nemo poterit place-
Roma. 14. re deo. Ad q̃d eſt per om̃ia fideliſſimus teſtis Paulus apoſtolus, q dicit om̃e
quod ex fide non eſt, peccatum eſt. Quare, qui bona videtur feciſſe non q̃-
ſita fide, non quæſita agnitione eius propter quem hoc fecerit, a quo accipiet
mercedem? ab eo quem nõ requiſiuit? quẽ non agnouit? cui nõ credidit? quẽ
non eſt confeſſus? neq; profeſſus? ſicut oportuit, nõ accipiet ab eo remune-
rationem, niſi iudicium, & iram, ac condemnationem. Sicut enim qui ædifi-
cat ſine fundamento, nihil proficit, niſi detrimentũ, & laborem, & dolorem,
ſic ſimiliter qui boni aliquid videtur facere, ſi ſine fide fecerit, nihil proficit.
Marci. 9. Sicut enim credẽti omnia ſunt poſſibilia, vt ſaluetur, atq; refrigerium inue-
niat apud eum cui credidit, ſic non credenti nihil eſt poſſibile, neq; vt ſaluus
fiat, neq; vt refrigerium inueniat, neq; vt in vitam introeat. Non eſt menti-
Psal. 6. & 9 tus qui ait: Quærite dñm & inueniet anima veſtra. Q; ſi nõ quæſieritis in fi
de, nõ poteſtis in vitã introire, id eſt, aĩæ non credentium. Sicut enim ſol niſi
intrauerit ſuper faciem terræ, nullus ex fructibus eius creſcit, neq; adoleſcit,
neq; matureſcit. Sic ſimiliter, niſi per fidẽ veritas refulſerit in animabus homi
Ioh. 17. num, nunq̃ erũt acceptabiles coram deo. Et hæc eſt vita æterna, vt cognoſ-
cant te ſolũ deũ verũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ, id q; per fidẽ fit. Cui acce
Eſaiæ. 7 dit q; Eſaias ait: Niſi credideritis, non intelligetis. Et hac fretus fiducia Ioſa-
2. Para. 20 phat rex, ille iuſtus ait ad viros Iuda, & oẽs habitatores Hieruſalem. Credite
in dño deo veſtro, & ſecuri eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient
Hiere. 5 proſpera. Et quẽadmodũ Hieremias ait: Dñe, oculi tui reſpiciũt fidẽ. Simile
2. Para. 16 quid Anan. propheta dicebat ad Aſam regẽ Iuda. Quia habuiſti fiduciam
in rege Syriæ, & non in dño deo tuo, idcirco euaſit Syriæ regis exercitus de
manu tua. Nõne Aethiopes & Lybies multo plures erãt quadrigis, & equi
tibus, & multitudine nimia. Quos cũ dño credidiſſes, tradidit in manu tua
Oculi eñi dñi cõtemplantur vniuerſam terrã, & præbẽt fortitudinẽ his, qui
corde perfecto credũt in eũ. Fides itaq; veluti fundamentum virtutũ & gra
tiarum omniũ primo loco neceſſaria, & rebus oĩbus anteponenda eſt. Neq;
ſatis fuerit habere fidẽ, niſi & illa catholica ſit, & perſiſtat in eccleſia quæ ca-
1. Timot. 3 tholica dicitur. Nã illa eſt domus dei, & firmamentũ ac colũna oĩs veritatis,
1. Cor. 3. Matth. 16. ædificata quidem eſt hæc ſuper firmã petrã, petra aũt Chriſtus eſt, & aduer
Cantic. 6 ſus illã nõ poſſunt p̃ualere, portæ inferorũ, illa eſt ſponſa Chriſti, & vna hæc
1. Petri. 2 Matth. 3 colũba, eſt & figurata per arcam Noe, & ſi potuit euadere qui extra arcam
Noe fuit, & qui extra eccleſiam foris fuerit, euadit. Monet dñs & dicit: Qui
nõ eſt

non eſt mecū,aduerſus me eſt,& qui non mecū colligit,ſpargit. Qui pacem Chriſti,& cōcordiam rumpit,aduerſus Chriſtū facit. Qui alibi præter eccleſiam colligit,Chriſti eccleſiā ſpargit,dicit dn̄s. Et propterea beatus Paulus apoſtolus docet: Vt ſit vnū corpus,& vnus ſpūs,vna ſpes vocationis,vnus dn̄s,vna fides, vnum baptiſma, & vnus deus. Recte itaq; & ſalubriter hæc affirmamus,& cōſtāter tenēdū prædicamus,vt quicūq; ſaluus eſſe velit,neceſſe ſit,vt ante omnia teneat catholicam fidem. Quam niſi quiſq; integram inuiolatamq; ſeruauerit,abſque dubio in æternum peribit. Ephe.4.

Fidei vis atq; virtus nō modo magna,ſed & potētiſſima eſt. Cap. II.

Reuera magni imo maximi ponderis verbū eſt,q̄d ad diſcipulos dominus ait,dicēs: Si habueritis fidē ſicut granū ſinapis, dicetis monti huic,trāſi hinc,& trāſibit,& nihil īpoſſibile erit vobis. Vel,quēadmodū in Luca legitur: Si habueritis fidē ſicut granū ſinapis, dicetis huic arbori moro: eradicare,& trāſplātare in mare,& obediet vobis. Et iterū: Amen dico vobis,ſi habueritis fidē,& nō hæſitaueritis,nō ſolū de ficulnea facietis, ſed & ſi mōti huic dixeritis,tolle et iacta te ī mare,fiet. Quāta aūt apud veteres fuerit virtus fidei in vnū ad Hebræos videt̄ collegiſſe Paulus: Fide inq̄t intelligimus aptata eē ſecula,verbo dei vt ex inuiſibilibus viſibilia fierēt. Fide plurimā hoſtiā Abel q̄ Cain obtulit deo,ꝑ quā teſtimoniū cōſequutus ē, eſſe iuſtus: teſtimoniū perhibente muneribus eius deo,& per illā defunctus adhuc loquit̄: Fide,Enoch tranſlatus eſt,ne videret mortē et nō inueniebat̄, quia tranſtulit illū dn̄s. Ante tranſlationē eñ teſtimonium habuit placuiſſe deo. Sine fide aūt impoſſibile eſt placere deo. Credere eñ oportet accedentē ad deū quia eſt,& inquirētibus ſe remunerator ſit. Fide,Noe reſponſo accepto de his q̄ adhuc nō videbātur metuēs aptauit arcā in ſalutē domus ſuæ, per quā dānauit mundū,& iuſtitiæ quę per ſidem hæres eſt inſtitutus. Fide, qui vocat̄ Abrahā,obediuit in locū exire quē accepturus erat in hæreditatē & exijt neſciēs quo iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis tanq̄ in aliena,in caſulis habitādo cū Iſaac et Iacob cohæredibus repromiſſiōis eiuſdem. Expectabat enim ſundamēta habētē ciuitatē cuius artifex & conditor deus. Fide,et ipſa Sara ſterilis virtutē in cōceptione ſeminis accepit etiā p̄ter tp̄s ætatis,qm̄ fidelē credidit eſſe eū qui repromiſerat,propter q̄d et ab vno orti ſunt,et hoc emortuo tanq̄ ſydera cœli in multitudinē,et ſicut arena quæ eſt ad orā maris innumerabilis. Iuxta fidē defuncti ſunt oēs iſti,non acceptis repromiſſionibus,ſed a lōge eas aſpiciētes,et ſalutātes,et cōfitentes, q̄ peregrini et hoſpites ſunt ſuper terrā. Qui enim hoc dicunt,ſignificāt ſe patriam inquirere. Et ſiquidē ipſius meminiſſent de qua exierūt,habebūt vtique tp̄s reuertēdi. Nūc aūt meliorē appetūt,i. cœleſtē. Ideo nō cōfunditur deus,vocari deus eorū. Parauit enim illis ciuitatē. Fide,obtulit Abraham Iſaac cū tē-

Matth.17 Luc.17. Matth.21. Heb.11 Gene.4 Gene.5 Gene.6. Eccl.44 Gene.12.13 Gene.21 Gene.22

Ecci.44 taretur,& vnigenitũ offerebat in q̃ ſuſceperat repromiſſiones, ad quę dictũ eſt,ꝙ in Iſaac vocabit̃ tibi ſemẽ,arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare potens
Gene.27 eſt deus. Vnde eũ & in parabolã accepit. Fide,& de futuris benedixit Iſaac,
Gene.48 Iacob & Eſau. Fide,Iacob moriẽs ſingulos filioꝝ Ioſeph benedixit, & ado
Gene.50. rauit faſtigium virgæ eius. Fide,Ioſeph moriens de profectione filioꝝ Iſrael
Exodi.2. memoratus eſt,et de oſſibus ſuis mandauit. Fide;Moyſes natus occultatus eſt mẽſibus tribus a parẽtibus ſuis,eo ꝙ vidiſſent elegãtẽ infantẽ, & non ti
Ibidem. muerũt regis ædictũ. Fide,Moyſes grandis factus,negauit ſe eſſe filium filię Pharaonis,magis eligẽs affligi cũ populo dei,q̃ tẽporalis peccati habere iu cunditatẽ,maiores diuitias æſtimãs theſauro Aegyptioꝝ improperiũ Chri ſti. Aſpiciebat enim in remunerationem. Fide, reliquit Aegyptum nõ veri tus animoſitatem regis. Inuiſibile enim tanquam videns ſuſtinuit. Fide,cele brauit paſcha,& ſanguinis effuſionem, ne qui vaſtabat primitiua, tangeret eos. Fide, tranſierunt mare rubrum tanquam per aridam terram, ꝙ experti Aegyptij deuorati ſunt. Fide, muri Hiericho corruerunt circumitu dierum ſeptem. Fide, Raab meretrix non perijt cum incredulis,excipiẽs explorato res cũ pace. Et quid adhuc dicã,deficiet enĩ me tp̃s enarrãtẽ, de Gedeon Ba rach,Samſon,Iepte,Dauid,Samuel,& prophetis qui per fidẽ vicerũt regna, operati ſunt iuſtitiã,adepti ſunt repromiſſiones. Obturauerũt ora leonũ, ex tinxerũt impetũ ignis. Effugauerũt aciem gladij, cõualuerũt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterũt exteroꝝ,acceperũt mulieres de re ſurrectione mortuos ſuos. Alij aũt diſtẽti ſunt nõ ſuſcipiẽtes redẽptionẽ,vt inuenirẽt meliorẽ reſurrectionẽ. Alij vero ludibria & verbera experti,inſup & vincula & carceres, lapidati ſunt,ſecti ſunt,tẽtati ſunt,in occiſione gladij mortui ſunt. Circumierũt in melotis,in pellibus caprinis, egẽtes,anguſtiati, afflicti,quibus dignus non erat mũdus,in ſolitudinibus errãtes,in mõtibus et ſpeluncis,et in cauernis terræ. Et hi oẽs teſtimonio fidei probati, nõ acce perũt repromiſſionẽ,deo pro nobis melius aliquid prouidẽte,vt nõ ſine no bis cõſummarent. Ex his omnibus,et potiſſimũ quæ recẽſuit Paulus,in ma nifeſto eſt,fidei vim nõ mõ magnã,ſed et potẽtiſſimã extitiſſe,et eẽ ſemper.

Fides fuit ſub Chriſto multis cauſa ſalutis. Cap. III.

SVnt et fuerũt ſub euãgelio nõ pauci qui per fidẽ a Chriſto multa et ma gna impetrarũt. Cẽturio nãq; cũ haberet pueꝝ in domo iacentẽ para
Matth.8 liticũ,ſua fide obtinuit vt ſanaret̃ puer eius. Nã ad illũ ait Ieſus,vade, et ſicut credidiſti,fiat tibi,ſequẽtibus aũt ait: Amen amen dico vobis,nõ in
Matth.9 ueni tantã fidẽ in Iſrael. Ad mulierem quæ ſanguinis fluxũ duodecim annis paſſa fuerat,dixit dñs,cõfide filia,fides tua ſaluã te fecit. Et ſalua facta eſt mu
Matth.15 lier ex illa hora. De Chananæa aũt illa muliere notius eſt q̃ longa narratiõe enarrare oporteat. At ad illã dñs ait: O mulier,magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut

ſicut vis,et ſanata ē filia eius ex illa hora. De muliere quæ fuit in ciuitate pec- Matth.15
catrix,quæ & attulit alabaſtrū vnguenti,& ſtans retro ſecus pedes dñi,& la Lucæ.7.
chrymis rigauit pedes eius,capillos capitis ſui tergebat, & oſculabatur pe-
des eius,& vnguento vngebat,atq; his rebus euidens argumentum,& cla-
riſſima ſigna fidei ſuæ dedit. Proin audit dicētem ad ſe dñm: Fides tua te ſal
uam fecit,vade in pace. Tale quid accidit cæco mendicanti ſecus viam pro-
pe Hiericho,qui ſua precatione meruit audire dicentem ſibi dominū: Reſpi- Matth.20
ce,fides tua te ſaluū fecit. Ex his itaq; in profeſſo eſt, vt fides fuerit, & poſt-
hac futura ſit multis cauſa ſalutis. Et ob id forte Auguſtin⁹ in Aphrica Hip-
ponenſis epiſcopus,reſpiciens ad fidei meritum ait, magna fides eſt neceſſa-
ria,quia magnum præmium promittitur.

Non ſolum propria,ſed & aliena fides vtilis eſt. Cap.IIII.

SVnt qui putant alienā fidem alteri prodeſſe non poſſe, quibus multæ ſacri euangelij contra luctantur hiſtoriæ. Q; enim centurionis in Capharnaum ſanatus eſt puer,hoc centurionis fides fecit. Et vbi obtulerunt domino paraliticū iacentē in lecto,vidit fidem illorū, magnū enim magnæ fidei dedere teſtimonium,cum nō poſſent offerre paraliticum præ turba,nudauerunt tectum vbi erat & patefacientes ſubmiſerunt grabatum in quo paraliticus iacebat. Et mulier illa Chananæa ſic orat: Miſerere mei dñe, filia mea male a dæmonio vexatur. Huius aūt Chananeæ fides tātum profuit filiæ,vt ſanata ſit ex illa hora. Et erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cū audiſſet q̄d Ieſus adueniret a Iudæa in Galilæā, abijt ad eū,& rogabat eū,vt deſcenderet & ſanaret filiū eius. Incipiebat em̄ mori. Dixit ergo Ieſus ad eū: Niſi ſigna & prodigia videritis,nō creditis. Dicit ad eū regulus: Dñe, deſcende priuſq̄ moriatur filius meus. Dixit ei Ieſus: Vade,filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quē dixit ei Ieſus & ibat. Iā autem eo deſcendēte ſerui occurrerunt ei, & nuntiauerūt,dicētes: quia filius eius viueret. Ecce q̄uo fides reguli profuit etiam filio morti proximo. Porro docet euāgelij ſacra hiſtoria,quum ad Ieſum acceſſit homo prouolutus genubus,dicēs: Dñe,miſerere filio meo,quia lunaticus eſt & male patitur. Nā ſæpe cadit in ignē,& crebro in aquā,& obtuli eū diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eū. Reſpondens aūt Ieſus,ait: O generatio incredula & peruerſa quouſq; ero vobiſcū? vſq; quo patior vos? afferte huc illum ad me. Et increpauit illū Ieſus,& exijt ab eo dæmoniū,& curatus eſt puer ex illa hora. Ecce vt fides vnius patris tantū profuerit filio,vt qui multo tempore lunaticus, ac dæmonio fuerat obſeſſus, fide patris ex illa hora curatus eſt. Sed & Iairus ille princeps ſynagogæ procidit ad pedes Ieſu, & deprecabatur eū,dicens. Filia mea in extremis eſt,veni impone manū tuā ſuper eā,vt ſalua ſit & viuat. Et veniūt in domū archiſynagogi: Et vidit tumultū & flentes & eiu-

Matth.8 Matth.9 Marci.2. Matth.15. Matth.17 Marci.5

ſantes multum,& ingreſſus ait illis: Quid turbamini,& ploratis,puella non eſt mortua,ſed dormit,& irridebant eũ,ipſe vero eiectis oĩbus aſſumit patrem & matrẽ puellæ,& qui ſecũ erãt,& ingrediunť vbi puella erat,iacẽs,et

Forte legẽ dum eſt, Atha Bithi cumi, tu ſi lia ſurge. Marci.6.

tenẽs manũ puellę,ait illi: Tabita cumi,ꝙ eſt interpretatum,puella tibi dico ſurge,& confeſtim ſurrexit puella,et ambulabat,erat aũt annoꝝ duodecim, & obſtupuerũt ſtupore magno. Quid ꝙ in Marco ſic legiť: Cũ egreſſi eſſent,de naui,et ſtatim loquutus eſt cũ eis: Cõfidite ego ſum,nolite timere,et aſcẽdit ad illos in nauim,et ceſſauit ventus,& plus magis intra ſe ſtupebant. Nõ eñ intellexerũt de panibus,erat eñ cor eoꝝ obcæcatũ. Et cũ trãſfretaſſent,venerũt in terrã Genezareth,et applicuerũt. Cũq egreſſi eẽnt de naui, cõtinuo cognouerũt eũ,pcurrerũt vniuerſam regionẽ illã,& cœperãt in grabatis eos,q ſe male habebãt circũferre,vbi audiebant eũ,eſſe,& q̃cunq introibat in vicos,vel in villas,aut ciuitates,in plateis ponebãt infirmos,& deprecabãtur eũ,vt vel fimbriã veſtimẽti eius tãgerẽt,& quotq̃t tangebãt eũ,ſal-

Marci.7

ui fiebant. Et exiens de finibus Tyri venit per Sidonẽ ad mare Galileæ,inter medios fines Decapoleos,& adducũt ei ſurdũ & mutũ,& deprecabãtur eũ, vt imponat illi manũ,et apprehendẽs eũ de turba ſeorſum,miſit digitos ſuos in auriculã eius,et expuens tetigit linguã eius,et ſuſpiciẽs in cœlũ, ingemuit, & ait illi: Effeta,quod eſt aperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutũ eſt vinculũ linguæ eius,et loquebať recte. Et pcepit illis,ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis pcipiebat,tãto magis plus prædicabãt,et eo amplius admirabãtur

Marci.8.

dicẽtes: Bene oĩa fecit,& ſurdos fecit audire,& mutos loqui. Veniens autem Bethſaida,et adducũt ad eũ cæcũ,& rogabãt eũ vt illũ tangeret,& apprehẽſa manu cæci,eduxit eũ extra vicũ,& expuens in oculos eius,impoſitis manibus ſuis,interrogauit eũ,ſi quid videret: Et aſpiciẽs ait: Video hoĩes velut arbores ambulãtes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius,et cœpit videre et reſtitutus eſt,ita vt clare videret oĩa. Et miſit illũ in domũ ſuam, dicens: Vade in domum tuam,et ſi vicum introieris,nemini dixeris.

Videãt nũc noſtroꝝ temporꝝ duræ ceruicis,et peruerſi ſenſus hoĩes Anabaptiſtę,quid ptendãt quidve doceãt,paruulis nõ prodeſſe fidẽ parentum, quãdo etiã fides mulieris Syropheniſſæ Gẽtilis liberauit filiam a dæmonio. Fides q̃q patris ſi tm̃ potuerit,vt filiũ ab infantia dæmoniũ habentẽ liberauerit,q̃uo non parentes Chriſtifideles,et iã Chriſti ſanguine redẽpti fide ſua poterũt adhibito baptiſmi miniſterio ſaluari in fide eccleſiæ atq parẽtũ, aut q̃uo docuit Paulus ac dixit: Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierẽ fide-

1.Cor.7. Verba Auguſt.in.3.li bro de libe ro ar.ca.23 Lucæ.7

lem. Et ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelẽ. Alioquin filij veſtri immũdi eſſent,nunc aũt ſancti ſunt. Quid dicã,nihil in filio viduę profuit fides ſua quã vtiq mortu⁹ nõ habebat,cui tñ pfuit fides mr̃is vt reſurgeret.

Vere et fide non ficta credentibus promiſſa eſt,et datur vita æterna. Cap.V.

Qui

QVi credit(inquit dominus)in filiũ,habet vitã æternã. Amen amen Iohan.3
dico vobis,qui verbũ meũ audit,& credit ei qui me miſit,habet vi- Iohã.5.
tam æternã,& in iudiciũ nõ venit,ſed tranſiet a morte in vitã,& Iohan.3
ſicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto,ita exaltari oportet filiũ hominis,
vt omnis qui credit in ipſo,nõ pereat,ſed habeat vitã æternã. Sic enim deus
dilexit mũdum,vt filium ſuum vnigenitũ daret,vt omnis qui credit in eum,
non pereat,ſed habeat vitam æternam.Non enim miſit deus filium ſuum in
mundum,vt iudicet mundum,ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Et iterum:
Amen amen dico vobis,qui credit in me,habet vitã æternã:qui credit in me Iohan.6
non ſitiet in æternum.Et hæc eſt voluntas patris mei qui miſit me,vt qui vi-
det filium et credit in eum,habeat vitam æternam,et ego reſuſcitabo eum in
nouiſſimo die:qui credit in me,non morietur in æternum,& etiã ſi mortuus Iohan.11
fuerit,viuet:qui credit in me,in tenebris non manet.Et hoc eſt quod Paulus Iohan.12
& Petrus apoſtoli docuerunt,qui credit in eum,non confundetur.Et Iohã- Roma.9
nes in canonica ſua prima:Oĩs qui credit,quoniã Ieſus eſt Chriſt⁹, ex deo 1.Iohan.5
natus eſt,et qui credit in filium dei,habet teſtimonium dei in ſe,et hoc eſt te-
ſtimonium,quoniam vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio
eius eſt.Qui habet filium dei,habet vitam,qui non habet filium dei, vitam
non habet.Hæc ſcribo vobis vt ſciatis,quoniam vitam habebitis æternam
qui creditis in nomine filij dei.Et hoc eſt quod Paulus & Sylas reſpõderunt Acto.16
cuſtodi carceris,et dixerunt,crede in dñm Ieſum, et ſaluus eris tu & domus
tua.Et ob id Paulus in Antiochia Piſidiæ prædicans, ait:Notũ ſit vobis vi-
ri fratres,quod per hunc vobis remiſſio peccatorꝫ annuntiatur,ab omnibus
quibus nõ potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. In hoc oĩs qui credit,iuſtifica-
tur.Clarum eſt itaq; ex his quæ iam dicta ſunt,credẽtibus per fidem dari nõ
modo remiſſionem peccatorum,ſed et vitam æternam.

Incredulitas in teſtamento veteri valde deteſta-bilis erat. Cap.VI.

SEmper fuit incredulitas deteſtabilis coram deo.Propter incredulitatẽ
itaq; filiorꝫ Iſrael,ait dominus:Quouſq; non credent mihi,in oĩbus Numer.14
ſignis,quæ feci coram eis:Feriam igitur eos peſtilentia, atq; conſumã,
te autem faciam principem ſuper gẽtem magnam, et fortiorẽ quam hæc eſt.
Et ad Moyſen ac Aaron ait dominus,quia non crediditis mihi,vt ſanctifi-
caretis me coram filijs Iſrael,non introducetis hos populos in terram quam
dabo eis.Murmurantibus enim filijs Iſrael,et quum eſſent verſi in ſeditionẽ, Nume.20
propterea q̃d aquã nõ haberẽt,loquutus eſt dñs ad Moyſen,dicẽs:Tolle vir-
gã et cõgrega populũ,tu et Aaron frater tuus,et loquimini ad petrã coram In Heb.le
eis,et illa dabit aquas. Cũq; eduxeris aquã de petra,bibet oĩs multitudo,et gif, dibar
iumẽta ei⁹.Tulit igit̃ Moyſes virgã q̃ erat in cõſpectu dñi, ſicut pceperat ei, them el ha ſtila, q̃d eſt loquimini ad

petrã, non congregata multitudine ante petrã, dixitq́ eis Audite rebelles & increduli.
ẽm voluit Num de petra hac vobis poterimus aquã eijcere? Cũ eleuaſſet Moyſes ma
dñs vt ꝑcu num, percutiẽs virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt popu-
terent pe- lus biberet, & iumẽta, dixitq́ dñs ad Moyſen & Aaron. Quia non credidi-
trã, ſed ſo- ſtis mihi, vt ſanctificaretis me corã filijs Iſrael, nõ introducetis hos populos
lo verbo a in terrã quã dabo eis. Et in alio loco iterũ dñs hanc incredulitatẽ exprobrat
quã educe- Moyſi, dicẽs: Aſcende in montẽ iſtũ Abarim, & cõtemplare inde terrã quã
rent.
Nume. 27 daturus ſum filijs Iſrael. Cũq́ videris eã, ibis & tu ad populũ tuũ, ſicut fuit
frater tuus Aaron, quia offendiſtis me in deſerto Sin, in cõtradictione mul-
titudinis, nec ſanctificare me voluiſtis coram ea ſuper aquas. Hæ ſunt aquæ
cõtradictionis in cades deſerti Sin. Dixerat enim dñs, ac ꝑceperat, vt loque-
rentur ad petrã Sed Moyſes nõ eſt loquutus ad petrã, ſed bis virga percuſ-
ſit ſilicem, nõ credẽs verbo poſſe educi aquã de petra. Propter hãc incredu-
Nume. 20 litatẽ Aaron mortuus eſt in mõte Hor, Moyſes aũt amicus dei fidelis in to-
Deute. 34. to domo dei aſcẽdit de cãpeſtribus Moab, ſuper mõtem Nebo in verticem
Phaſga cõtra Hiericho, oſtẽditq́ ei dñs omnem terrã, Galaad vſq́ Dan, &
vniuerſum Neptalim, terrãq́ Ephraim, & Manaſſe, & oẽm Iudæã, vſq́ ad
mare nouiſſimũ & Auſtralẽ partẽ, & latitudinem campi Hiericho ciuitatis
palmarũ vſq́ Segor. Dixitq́ dñs ad eũ: Hæc eſt terra, pro qua iuraui Abra
ham, Iſaac & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eã, vidiſti eã oculis tuis, et non
trãſibis ad illã, mortuusq́ eſt ibi Moyſes ſeruus dñi in terra Moab, iubente
dño, et ſepeliuit eũ in valle terræ Moab cõtra Phogor, & non cognouit ho-
mo ſepulchrũ eius vſq́ in pſentẽ diẽ, Moyſes centũ & viginti annorũ erat,
Deute. 32. quãdo mortuus eſt. Nõ caligauit oculus eius, nec illius dentes moti ſunt. De
qua re & ipſe dominus ad Moyſen ait: Morere in monte. Quẽ conſcendẽs
iungeris populis tuis ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, &
appoſitus populis ſuis quia ꝑuaricati eſtis cõtra me in medio filiorum Iſrael
ad aquas contradictionis in Cades deſerti Sin, et non ſanctificaſtis me inter fi
Deute. 1 lios Iſrael. Et hãc incredulitatẽ exprobrat Moyſes filijs Iſrael, dicẽs: Nolui-
ſtis aſcẽdere, ſed increduli ad ſermonem domini dei veſtri murmuraſtis in ta
bernaculis veſtris. Et iterũ: Portauit te dñs deꝰ tuus, vt ſolet hõ geſtare par-
uulum filiũ ſuũ in omi via per quã ambulaſtis, donec veniretis ad locũ iſtũ.
Et nec ſic quidẽ credidiſtis dño deo veſtro, qui pceſſit vos in via & metatus
eſt locũ, in q̃ tentoria figere deberetis, nocte oſtendẽs vobis iter per ignem,
& die per columnã nubis. Cũq́ audiſſet dominus vocẽ ſermonũ veſtrorũ,
iratus iurauit, & ait. Nõ videbit quiſpiam de hominibus generatiõis huius
peſſimæ terrã bonã, quã ſub iuramẽto pollicitus ſum patribus veſtris, præ-
ter Caleb filiũ Iephone. Ipſe ẽm videbit eã, & ipſi dabo terrã, quã calcauit et
filius eius quia ſequutꝰ eſt dñm, nec mirãda indignatio in populũ. Cũ mihi
q̃q́ iratus deus propter vos dixerit. Nec tu ingredieris illuc, ſed Ioſue filius
Deute. 9 Nun, miniſter tuus, ipſe intrabit pro te. Rurſus cõtẽpſiſtis ĩperiũ dñi dei vr̃i,
& non

& non credidiſtis ei, neq; vocẽ eius audire voluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles a die qua noſſe vos cœpi. Ecce vt incredulitas olim valde deteſtabilis fuerit corã deo. Propterea, quoniã filij Iſrael male loquuti ſunt de deo, dixerũt: Nunquid poterit deus parare menſam in deſerto? Qm̃ percuſſit petram et fluxerũt aquæ, et torrẽtes inundauerunt. Nunquid et panẽ poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Ideo audiuit dñs et diſtulit, et ignis accenſus eſt in Iacob, et ira aſcendit in Iſrael. Quia nõ crediderũt deo, nec ſperauerũt in ſalutari eius, et mãdauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit. Nõ crediderũt verbo eius, et murmurauerũt in tabernaculis ſuis, nõ exaudierũt vocem domini, eleuauit manũ ſuã ſuper eos, vt proſterneret eos in deſerto, euenerunt aũt illis oĩa mala hæc, propterea quod increduli fuerũt. Summopere itaq; incredulitas cauẽda eſt. Nã oĩs incredulus in incredulitate ſua morietᷓ, et qui incredulus eſt, infideliter agit. Ecce qui incredulus eſt, nõ erit recta aĩa eius in ſemetipſa, iuſtus aũt in fide ſua viuet. Et hæc fides valde cõmendabilis eſt. Nã ex ea iuſtus viuit. Hæc eſt fides qua creditur in eũ qui iuſtificat impium. Hæc eſt fides per quã excludiᷓ gloriatio, ſiue vt abſcedat qua in nobis inflamur, ſiue vt emineat qua in dño gloriamur. Hæc eſt fides qua impetraᷓ largitas ſpũs, de q̃ dr̃: Nos em̃ ſpũ ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Vbi q̃dẽ q̃ri adhuc põt, vtrũ ſpem iuſtitiæ dixerit qua ſperat iuſtitia, an q̃ ſperatur ipſa iuſtitia, qm̃ iuſt⁹ ex fide viuẽs, ſperat vtiq; vitã æternã. Itẽq; fides eſuriẽs ſitiẽſq; iuſtitiã, renouationẽ de die in diẽ interioris hoĩs, proficit in ea & ſperat in ea ſe ſatiari in vita æterna, vbi fiet q; in pſal. de deo dr̃: Qui ſatiat in bonis deſideriũ tuũ. Hæc eſt fides qua ſalui fiunt, quibus diciᷓ: Gratia ſalui facti eſtis per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, ſed dei donũ eſt. Nõ ex operibus, ne forte quis extollaᷓ. Ipſius em̃ ſumus figmentũ creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ p̃parauit deus, vt in illis ambulemus. Poſtremo, hæc eſt fides q̃ per dilectionẽ operaᷓ, nõ per timorem, nõ formidãdo pœnã, ſed amando iuſtitiã. Vnde ergo iſta dilectio. i. charitas, per quã fides operaᷓ, niſi vnde illam fides ipſa impetrauit? Neq; enim eſſet in nobis quãtacunq; ſit in nobis, niſi diffunderetur in cordibus noſtris per ſpm̃ ſanctũ qui datus eſt nobis. Charitas quippe dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos, ſicut iuſtitia dei, qua iuſti eius munere efficimur, & dñi ſalus, qua nos ſaluos facit, & fides Ieſu Chriſti, qua nos fideles facit. Hæc eſt iuſtitia dei, quã non ſolũ docet per legis præceptũ, verũ etiã dat per ſpũs donũ. Hãc fidem viuã & viuificãtem, exigit dñs, q; ſi quis fidẽ hanc nõ habuerit, incredulus eſt, & mortuus corã deo, perinde vt in Paulo: Vidua quæ in delitijs viuit, etiã viuens mortua eſt, & quanq̃ viuere dicatur, coram deo tamen cenſetur incredula, & mortua.

Pſal. 77

Pſal. 105

4. Eſdr. 15

Abacuc. 2.

1. Timo. 5

Incredulitas, non minus in nouo, q̃ olim in veteri teſtamento, deteſtabilis eſt. Cap. VII.

Quem-

Iohan.3 QVemadmodum,qui vere credunt, vitam ęternam habituri ſunt,&
quiſquis credit in Ieſum nõ iudicatur.Ita qui nõ credit,iã iudicatus
eſt.Quia nõ credidit in nomine vnigeniti filiј dei, imo qui incredu
1.Petr.2 lus filio,nõ videbit vitã.Sed ira dei manet ſuper eũ.Et Petrus apl̃us, credẽ
tibus inquit erit Ieſus Chrũs honor,nõ credẽtibus aũt lapis,quẽ reprobauẽ
rũt ædificãtes,hic factus eſt in caput anguli,et lapis offenſionis,& petra ſcan
Luc.1 dali his qui offendũt verbo,nec credũt in quo,& poſiti ſunt. Zacharias qñ
nuntiauit angelus partũ filiј,& incredulus erat,audit angelum hæc verba lo
quẽtẽ.Ego ſum Gabriel qui aſto ante deũ,& miſſus ſum loqui ad te,et hæc
tibi euãgelizare.Et ecce eris tacẽs,et nõ poteris loqui vſq; in diẽ q̃ hæc fiant
pro eo q̃d nõ credidiſti verbis meis,q̃ implebũtur in tẽpore ſuo.Idcirco et in
patria ſua qua educatus ẽ nõ fecit multas virtutes,dũtaxat propter incredu-
Math.13 litatẽ eorꝵ.Et apl̃i quanq̃ acceperint et habuerint ptãtem eiiciẽdi dæmones,
Math.10 et vt id facerẽt, propterea miſſi fuerint, nihilominus nõ potuerunt illi curare
dæmoniacũ quẽdã illis oblatũ.Et huius rei cauſam ſecreto petẽtes qñ dixe-
rũt,quare nos nõ potuimus eiicere illũ,audiũt reſpõdentẽ illis Ieſum, ꝓpter
incredulitatẽ veſtrã. Ipſos deniq; apl̃os increpauit propter incredulitatem
Marci.vlt. eorꝵ,quia his qui viderãt eũ reſurrexiſſe,nõ crediderũt,cũ eñ vndecim abie
Matth.28. rũt in Galileã,vbi cõſtituerat illis Ieſus locũ,adhuc dubitauerũt.Tale q̃d ait
Lucæ.24. ad duos diſcipulos eũtes in Emaus,o ſtulti & tardi corde ad credẽdũ,in oĩ-
bus q̃ loquuti ſunt prophetæ.Imo q̃ de reſurrectione fuerũt ad apl̃os dicta,
viſa ſunt ante illos ſicut deliramẽtũ,et nõ crediderũt.Et ꝓpterea Petrus au-
Matth.14 dit,modice fidei,q̃re dubitaſti,audiũt et reliqui q̃d timidi eſtis modice fidei.
Audit et Thomas ille Didimus vnus de duodecim, infer digitũ tuũ huc,et
Iohan.vlt. vide manus meas,et affer manũ tuã,et mitte in latus meũ,et noli eſſe incredu
lus,ſed fidelis.Et,quia vidiſti me Thoma credidiſti,beati qui nõ viderunt et
Canonica Iudæ. crediderũt.Et in canonica Iudæ legit̃: Eos qui nõ crediderũt perdidit deus.
Heb.3.4 Et ad Heb.Paulus hæc docet:Videte(inquit)fratres,ne forte ſit in aliq̃ vr̃m
cor malũ incredulitatis diſcedẽdi a deo viuo.Sed adhortamini voſmetipſos
per ſingulos dies donec hodie cognoĩatur,vt nõ obdureẽ quis ex vobis fal-
lacia peccati.Participes eñ Chriſti effecti ſumus,ſi tñ initium ſubſtãtiæ eius
vſq; ad finẽ firmũ retineamus,dũ dr̃:Hodie ſi vocẽ eius audieritis,nolite ob
durare corda vr̃a,quẽadmodũ in illa exacerbatiõe.Quidã eñ audiẽtes ex-
acerbauerũt,ſed nõ vniuerſi q̃ profecti ſunt ab Aegypto per Moyſen. Qui-
bus aũt infenſus eſt quadraginta annis?Nõne illis qui peccauerũt,q̃rꝵ cada
uera proſtrata ſunt in deſerto?Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ ipſius
niſi illis qui increduli fuerũt?Et videmus quia nõ potuerũt introire ĩ requiẽ
Matth.vlt. ipſius propter incredulitatẽ.Et in vltimo ſuo vale dñs ait:Ite in mundũ vni-
uerſum,p̃dicate euãgeliũ oĩni creaturæ.Qui crediderit et baptizatus fuerit,
ſaluus erit,qui vero nõ crediderit,cõdẽnabit̃.Ex his itaq; oĩbus iam clarꝵ fit
vt infidelitas etiã in nouo teſt. valde reproba & abominabilis ſit corã dño.

Fides

Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium. Cap. VIII.

Maniſeſtiſſima ſunt apoſtoli verba, ꝙ fides ſit ſubſtãtia rerꝫ ſperãdarũ,& argumentũ non apparentiũ. Adhuc inuẽti ſunt duræ ceruicis hoĩes,& vtinã hodie nõ ſint,qui putãt articulos fidei noſtræ per naturã,& naturalia,& vt Dialectici dicunt,per oẽs cauſas demõſtratione potiſſima poſſe probari,nec ad credẽdũ permoueri poſſunt,niſi ſuis oculis videãt,& manibus palpẽt, quod nos catholici puro & ſimplici corde credendũ eſſe docemus.Sed reuẽra id his q̃ ad fidẽ pertinẽt, neceſſe eſt intellectum noſtrũ captiuare in obſequiũ Chriſti. Q; ſi noſter intellectus,habet ſe ad maniſeſtiſſima naturæ, veluti nicticoracis oculus ad lumen ſolis,quomodo poſſumus cõprehẽdere ea q̃ ſupra nos,& ſupra captũ noſtrũ,ac quæ ſanctiſſimæ fidei ſunt? Credimus ꝙ verbũ caro factũ ſit,qua vero rõne & quo id factũ ſit,vt infinitũ cũ finito coierit &deus & homo vnus ſit Chrũs,facile cõprehẽdere nõ poterimus.Credimus & credere tenemur vitã æternã, Sed oculus nõ vidit,nec auris audiuit,nec in cor hoĩs aſcendit,q̃d p̃parauit deus diligentibus ſe.Et quid dicã,nemo eſt q capere poſſit,q̃uo ex nihilo pater ꝑ filiũ in ſpũ ſancto vnus deus oĩpotens creauerit cœlũ & terrã,& oĩa quæ in eis ſunt.Hoc vno oportet vt contenti ſimus & legere,& audire:In principio creauit deus cœlũ & terrã. Et ꝙ ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. Quodꝙ verbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpũ oris eius oĩs virtus eorum.Poſtremo credimus patrẽ, filiũ,& ſpm̃ ſanctũ ,vnũ in eẽntia,& trinum in perſonis.Sed o altitudo diuitiarꝫ ſapiẽtiæ,& ſciẽtiæ dei,q̃ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum dñi,aut quis cõſiliarius eius fuit,aut quis prior dedit illi,& retribuet ei? Q̃m ex ipſo,& ꝑ ipm̃, & in ipſo ſunt oĩa, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorꝫ, amen. Verꝫ itaqꝫ eſt,et erit ſemper ꝙ Paulus ait: Per fidẽ ambulamus,nõ ꝑ ſpeciẽ.Et idcirco Paulus docet:Fides veſtra nõ ſit in ſapiẽtia hoĩm. Et fide ſtas,noli altũ ſapere ſed time,et altiora te ne q̃ſieris. Sicut eñ qui mel multũ comedit,nõ eſt bonũ, ſic qui ſcrutator maieſtatis opprimetur a gloria.

Ea de re Auguſtinus volẽs explanare quod dixerat dñs. Nunc dixi vobis, priuſq̃ fiat,vt cũ factũ fuerit credatis,in hæc verba loquitur. Quid eſt hoc, cum magis homo credere debeat anteq̃ fiat id ꝙ credendũ eſt. Hæc eſt eñ laus fidei,ſi quod creditur,nõ videtur. Nã quid magnũ eſt, ſi id creditur ꝙ videtur,ſecundũ illam eiuſdẽ dñi ſententiam,quando diſcipulum arguit,dicens:Quia vidiſti me credidiſti,beati qui non vident et credunt? Et neſcio, vtrũ credere dicendus eſt quiſqꝫ q̃d videt. Nã ipſa fides in epiſtola,q̃ ſcribit ad Hebræos,ita eſt definita.Eſt aũt fides ſperantium ſubſtãtia, et conuictio rerum quæ non videntur. Quapropter ſi fides eſt rerum quæ creduntur,eademqꝫ fides earum rerꝫ eſt quæ non videntur,quid ſibi vult ꝙ dominus ait:

Heb. 11.

Roma. 11

Auguſt in expoſitiõe Euãg. Iohã nis tracta- tu. 79

Et nũc

Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cum factū fuerit, credatis? Nonne potius dicendum fuit: & nūc dixi vobis, priuſquā fiat vt credatis, ꝙ cum factū fuerit, videatis. Nam & ille cui dictum eſt: Quia vidiſti, credidiſti: nō homo credidit ꝙ vidit, ſed aliud vidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit deum. Cernebat quippe atq; tangebat carnem viuentem, quam viderat morientem, & credebat in carne ipſa latentem. Credebat ergo mente ꝙ non videbat, per hoc quod ſenſibus corporibus apparebat. Sed etſi dicuntur credi quæ videntur, ſicut dicit vnuſquiſq; oculis ſuis ſe credidiſſe: nō tamē ipſa eſt quæ in nobis ædificatur fides, ſed ex rebus quæ vidētur, agitur in nobis, vt ea credantur quæ non videntur. Et iterum in alio loco ſic ait iſta vox in-

Tractatu 95.C. fidelium eſſe conſueuit, quomodo credimus ꝙ non videmus? Ideo credentium iuſtitiam ſic oportuit definiri, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Beati enim qui nō vident & credunt. Nam & qui viderunt Chriſtū, non in eis laudata eſt fides eorꝝ, quia credebāt quod videbant, id eſt, filiū hominis. Sed quia credebāt ꝙ non videbāt, id eſt, filium dei. Cum vero & ipſa forma ſerui ſubtracta eorum eſſet aſpectibus: tum vero ex omni parte impletum eſt, iuſtus ex fide viuit. Eſt em̄ fides, ſicut in epiſtola quæ ad Hebræos eſt diffinitur, ſperandarꝫ ſubſtantia, & conuictio rerum quæ non vident̄. Et propterea non eſt abſurda catholicorum ſententia, ꝙ fides nō habet me-

2.Cor.10. ritum vbi ratio humana præbet experimētū. Oportet itaq; Chriſtifidelem

Aug.de vera innocētia cap.128 intellectum omnem captiuare in obſequium Chriſti. Nam intellectui fides viam aperit, infidelitas claudit.

Ad ſalutem non ſufficit ſola fides. Cap.IX.

Eſa.30 Oſee.12 QVi prohdolor noſtris temporibus populo placentia prædicant, ac oleum ferunt in Aegyptum, continuo docent & prædicant, ad ſalutem ſufficere ſolam fidem, quodq; neceſſe non ſit operari bonum

Acto.3. Sed mira res eſt, putant neſcio quo phanatico moti, & ſeducti ſpiritu ſibi ſolis eſſe credita eloquia dei, confidunt & iactitant ſe eſſe duces cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt eruditores inſipientium. Neque interea memores ſunt eius ꝙ in eorum ore tam vſitatum & frequens eſt, ſcilicet ꝙ præceperit dominus ad dei verbum nihil addendum, nec ex eo quicquam aufe-

Deute.4. Prouer.30 rendum ſit. Ita etiam inquiunt, præcepit Salomon, ne addas quicquā verbis dei & arguaris, inueniariſq; mendax. Atq; eo modo vt Iohannes, reuelationum ſuarum finem facere volens, de verbo ac Apocalypſi domini in hęc verba comminatus eſt. Si quis appoſuerit ad hęc apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas, in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro vitę, & de ciuitate ſancta, & de his quę ſunt ſcripta in libro iſto. Hæc ſunt aduerſariorum tela communia. Sed ecce quid fit, ſeſe proprijs telis confodiunt, quando prædicant ad ſalutem ſufficere ſolā

re ſolam fidem. Nā non eſt ſcriptura aliqua, nec in ſcripturis ſanctis, vel iota vel apex, docens ſolam ſufficere fidem ad ſalutem, de ſuo itaque addiderunt Moni, id eſt, illi ſolarij prædicantes ſolam fidem. Nam prorſus ſine ſcriptura eſt, q̄d prædicant. Eadem authoritate itaq; & ratione deſtruitur, qua per illos aſſeritur, ſolam ſufficere fidem, ſi quis volet, vel eſſe, vel fieri ſaluus, maxime ſi poteſt operari bonum.

Et ſi penitius quiſpiam e ſancta ſcriptura velit hanc rem conſiderare, palam fiet aſſertionem hanc euangelio plane contrariam eſſe. Nam q̄d ab Bethania exiens Ieſus, maledixit arborem fici quæ nullum fructū, ſed folia tantum habuit, myſterio carere nō poteſt. Ficus enim res plane ſine ratiōe quæ peccare non poterat, cōtinuo areſacta eſt, etiam a radicibus, figura vero fuit eorum qui gloriantur ſe noſſe deum, factis autem negant. Confitētur ſe fidē habere, at ferunt nō niſi folia ſine fructu. i. fidē ſine operibus. Sed quid proderit fratres, ſi fidē quis dicat ſe habere, opera aūt non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano, dicat aūt aliquis ex vobis illis, ite in pace, caleſacimini & ſaturamini, nō dederit autem eis quę neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? Sic & fides ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicet quis? Tu fidē habes, & ego opera habeo. Oſtēde mihi fidem viuam ſine operibus. Et ego oſtendam tibi, ex operibus fidem meam. Tu credis, quoniam vnus eſt deus, bene facis. Et dæmones credunt et cōtremiſcūt. Vis aūt ſcire o homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt, Abrahā pater noſter, nōne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare, vides quoniā fides cooperabat̄ operibus illius, & ex operibus fides cōſummata eſt. Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicens: Credidit Abraham deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam, & amicus dei appellatus eſt. Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, et non ex fide tantum. Similiter & Raab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, et alia via ejciens. Sicut enim corpus ſine ſpū mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Sed et Paulus ea de re ſic loquitur: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniēs. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, et omnē ſcientiam, et ſi habuero omnē fidē, ita vt montes transferam, charitatē autē non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum oēs facultates meas, et ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autē non habuero, nihil mihi prodeſt. Ecce, quid Paulus hic doceat, ſi inquit habuero omnem fidem, charitatē autem non habuero, nihil ſum. Qua ergo conſcientia nonnulli prædicare poſſunt ſufficere ſolam fidē, cum tamen Paulus de ſe deſperet, ſi omnē fidem habeat. Quid, q̄d idem apoſtolus perpetuo probat eam potiſſimum fidē, quę per charitatem operat̄. Nam in Chriſto Ieſu (inquit) neq; circūciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed noua creatura, ſed & fides quæ per charitatē operatur.

Matth.21 Marc.11. Titum.1. Iacobi.2 1.Cor.13. Iacobi.2 1.Corin.13 Galat.5. Galat. vlt.

Ephe. 3 ratur. Vnde Epheſiis ſcribens, ait: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas, in cœlis, & in terra nominatur, vt det nobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem, corroborari per ſpiritum eius in interiori homine, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere cũ omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundũ. Paulus ergo laudat & extollit eam fidem quæ viua eſt, quæ otioſa non eſt, & quæ per charitatem operatur hanc approbaſſe videtur. Etiam Petrus in
2. Petri. 1. hæc verba ſcribens: Vos curam omnem ſubinſerentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatẽ. Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos cõſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. En pulchrã & plane auream virtutũ ca
1. Timot. 2 tenam quæ ex fide ſubſequitur, propter quod & Paulus Timotheo de ſalute mulieris ſcribit, mulier ſaluabitur per generationem ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate. Ecce Paulus non docet mulierem in ſola fide ſaluari, ſed et ſi permanſerit in dilectione. Tale quid etiam
1. Timot. 3. Timotheo præcepit, dicens: Tu o homo dei ſectare iuſtitiam, pietatem, fidẽ, charitatem, patientiam, manſuetudinem, & Galathis fructus ſpũs enumerãs non eſt contentus ſolã fidem prædicare, ſed ait, fructus ſpũs eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, aduerſus huiuſcemodi non eſt lex, qui autem
Iacobi. 1 ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & cõcupiſcẽtijs. Iacobus ea de re ſic loquitur, probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt ſitis perfecti et integri. At Iohannes in ſua prima canonica: Et ſi nõ indiligenter fidẽ prædicet, ac ſpũ dei, recte ac ſanctiſſi
1. Iohan. 2. me motus magna vehementia veritatis dicendæ ſcribit in hæc verba: In hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus: Qui dicit ſe noſſe deum, et mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, et in eo veritas nõ eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniã in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Hoc totum explanaſſe videtur in euangelio dominus, ediſſerens parabolam de ſemine, ſemen enim (inquit) eſt ver
Lucæ. 8 bum dei. Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam qui ſupra petram, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radices nõ habent, qd ad tempus credunt. Qꝫ autem inter ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt & a ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocãtur, & non referũt fructum. Qꝫ autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum, retinent, & fructum afferunt in patientia.

Iam

Iam quis non ſub hoc latentis & a diſcipulis ante non intellectæ parabolæ interprete, non agnoſcet, eos dũtaxat probatos eſſe qui dei verbum audiũt, & fructum afferunt? Eos autem, qui vel non credũt, vel etiam eos qui ad tẽpus credunt, fructum vero nõ afferunt maxime reprobos eſſe? Quod ſi hæc aduerſarijs non ſatiſfecerint, iam audire non grauentur, quod ſuo ore ſanctiſſimo Chriſtus alio in loco prædicat: Ego ſum (inquit) vitis vera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferẽtem fructum, tollet eũ, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Sunt autem alij palmites, qui in vite quidẽ permanent, fructum vero non ferunt, ſed ſunt aridi. Ex quibus ſunt illi, qui nomine quidem permanẽt in Chriſto, operibus autem et actibus infructuoſi inueniuntur, et aridi, qui dicunt excidi, & in ignem mitti. Sicut enim primus Adam quædam vitis fuit, et radix humani generis, quæ attulit quoſdam quidẽ palmites fructuoſos, vt Seth, Enos, & reliquos vſq; ad Noe, alios autẽ infructuoſos & inutiles, vt Cain, & oẽm quę ex ipſo procreata eſt, ſtirpem. Ita & in Chriſto, qui eſt nouiſſimus Adã, ſunt quidem palmites fructuoſi, velut in vite vera fructificantes, quidam vero aridi, et a patre agricola excidendi. Vanum ergo et pluſquam peſtiferum eſt, iactare ſe palmitem eſſe tam pretioſæ, et per omnia nobiliſſimæ vitis, at non velle fructum procreare vel ferre. Sed hac ſola aſſertione hærere, ſolam ſufficere fidem ad ſalutem. Hanc aſſertionem vna de Niniuitis hiſtoria copioſiſſime damnat. Sic enim de Niniuitis legimus. Crediderunt (inquit) ſcriptura viri Niniuitæ in domino, & prædicauerũt ieiunium, et veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimẽtum ſuum a ſe, et indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit, & dixit Niniue ex ore regis, et principũ eius dicẽs: Homines et iumenta, & boues, et pecosa non guſtent quidquam, nec paſcãtur, et aquam non bibant, et operiantur ſaccis homines, et iumenta clament ad dominum in fortitudine, et conuertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi cõuertatur et ignoſcat deus, et reuertatur a furore iræ ſuæ, et non peribimus. Et vidit deus opera eorum, quia cõuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, et non fecit. Ecce quomodo Niniuitæ qui pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, non modo crediderunt, ſed operibus, non ſola fide, fecerunt ſibi placatum eẽ dominum. Et propterea Auguſtinus de vera pœnitentia ſcribit: Si fides fundamentum eſt pœnitentiæ præter quam nihil eſt quod bonum ſit, appetenda eſt pœnitentia, quam conſtat in fide eſſe fundatam. Non enim poteſt arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaq; quæ ex fide non procedit, vtilis non eſt. Oportet autem credi remediũ pœnitentiæ a ſaluatore concedi. Et ſi aduerſarij pro ſola fide ſtabiliẽda Chananeæ mulieris hiſtoriam inducere tentent, quod illi dictum ſit. Mulier, magna eſt fides tua. Sed audiant Aurelium Auguſtinum, non me loquentem.

Iohan. 15

Ionæ. 3

Luc. 11

Luc. 6

Auguſt.in lib.de octo Dulcitij quæſtione,qſt.1 Matth.15 Nec illa nobis mulier(inquit)Chananęa præſcribit,quia dominus,quod pe tebat ei,dedit,cũ ante dixiſſet:Non eſt bonũ tollere panem filiorum, & mit tere canibus,quia ille cordis inſpector,mutatam vidit, quando laudauit, & ideo non ait:O canis,magna eſt fides tua.Sed,o mulier, magna eſt fides tua mutauit vocabulum,quia mutatum vidit affectum,atq; illam correptionẽ, ad fructũ perueniſſe cognouit. Miror autẽ ſi laudaret in ea fidẽ ſine operib⁹ .i.fidẽ non talẽ quam per dilectionem poſſet operari,fidem mortuã, & quã Iacobus dicere minime dubitauit,fidem non Chriſtianorum, ſed dæmonũ. Poſtremo,ſi iſtam Chananæam,nolunt intelligere mutaſſe perditos mores, quando eam Chriſtus contemnendo & corripiendo redarguit, quoſcunq; inuenerint tantummodo credere,vitam vero inquinatiſſimã, nec ſaltem oc cultare,ſed etiam libere profiteri,ac noſſe mutare,ſanent filios eorum ſi poſ ſunt,ſicut ſanata eſt filia Chananęæ mulieris,non tamen eos faciunt membra

Auguſt.de fide & operibus,cap.14. Chriſti,cum ipſi non deſinant eſſe membra meretricis. Hanc opinionem de ſola fide teſtatur Auguſtinus,exortã in eccleſia primitiua,ex nonnullis Pau li apoſtoli dictis,male & perperam intellectis. Epiſtolæ vero Petri,Iohãnis, Iacobi,Iudæ,contra eam maxime dirigunt intentionẽ, vt vehemẽter aſtru unt,fidem ſine operibus nihil prodeſſe. Sicut etiam ipſe Paulus, non quam libet fidem,qua in deum creditur,ſed & ſalubrem plane,quam euangelicam

Galat.5 definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt, & fides inquit,quæ per dile ctionem operatur;vnde illam fidem quæ ſufficere ad ſalutem quibuſdam vi

1.Cor.13 detur,ita nihil prodeſſe aſſeuerat,vt dicat:Si habeam omnẽ fidẽ,ita vt mon tes transferam,charitatem autem non habeam,nihil ſum. Vbi autem hæc fi delis charitas operatur,ſine dubio bene viuitur,plenitudo enim legis eſt cha ritas.Sed non ſunt nonnulli temporibus noſtris vſq; adeo naſuti,qui doce re præſumunt librum de fide,& operibus non eſſe Auguſt. Hipponẽſis epiſ copi,ſed alterius neſcio cuius indocti hominis. At pertinebat ad illos in ope ribus Auguſt. paulo oculatiores eſſe . Potuiſſent enim alibi videre eiuſdem Auguſt de hoc libro teſtimonium,& deprehendiſſent in reſolutione primæ

Auguſt.de 8 Dulcitij quæſt.qſt.1 quæſt. Dulcitij aliquoties Auguſtinum profeſſum ſeſe libri de fide & ope ribus authorem eſſe,facit & itidẽ in alijs libris. Et Auguſtinus tam acer eſt confutator huius malæ imbutæ,& peruerſæ hæreſis de ſola fide, vt etiã non formidet in hæc verba ſcribere. In libro meo(inquit)de fide & operibus,ita

Iacobi.2. loquutus ſum. Iacobus tam vehemẽter infeſtus eſt eis, qui ſapiũt fidem ſine operibus valere ad ſalutẽ,vt illos etiam dæmonibus cõparet,dicẽs: Tu cre dis,quoniã vnus eſt deus,benefacis,& dæmones credunt & contremiſcunt, quid breuius,verius,vehemẽtiusq; dici potuit. Cũ & in euangelio legamus, dæmonia cum Chriſtum filium dei confiterentur, & ab illo corriperentur, quod in Petri confeſſione laudatum eſt?Quid proderit(ait Iacobus)fratres mei,ſi fidem dicat ſe quis habere,opera autẽ non habet? Nũquid poterit fi des ſaluare eum? dicit etiam,quia fides ſine operibus mortua eſt. Quouſque ergo

ergo falluntur,qui de fide mortua ſibi vitam perpetuam pollicentur?Ex his itaq; licet videre eos cacodæmones eſſe & neutiquam ſanã,quin potius dæmoniorum prædicare doctrinam,qui ſolam fidem ſine operibus ſufficere,pdicare non ceſſant.

Errant aſſerẽtes hominem ob nullum aliud crimen, quam propter ſolam perfidiam a deo vel puniri vel damnari. Cap. X.

Docuimus de fide q̃ neceſſaria ſit, quod ex apoſtolica authoritate ſine fide non ſit poſſibile placere deo,& q̃uo fides eſt bonorũ omnium fundamentũ.Item,q̃uo fides eſt humanæ ſalutis initium. Cæterum,vt ſine hac fide nemo ad filiorũ dei numerũ põt peruenire,q̃a ſine ipſa nec in hoc ſeculo quiſq̃ iuſtificationis gratiã conſequitur,nec in futuro vitã poſſidebit æternam.Et ſi quis hic non ambulauerit per fidẽ,nõ perueniet ad ſpeciem,ac tandem vt ſine fide omnis labor hominis vacuus eſt. Auguſtini verba de fide ad Petrũ diaconũ in prol.

Docuimus ac diſſeruimus poſthæc q̃ abominabilis ſit coram deo omnis vel infidelis,vel incredulus. Siue etiã q̃ ſit periculis proxim⁹ quiſquis nutat, vacillat ac dubitat in fide.Id q̃d etiam de Petro hiſtoria euangelica compro bare videtur,nam in Euangelio legitur: Cum quarta noctis vigilia veniret dñs Ieſus ad diſcipulos ſuos ambulãs ſuper aquas maris, & inueniret eos piſcantes quos iam fecerat hominum piſcatores,perterriti diſcipuli putauerunt ſe phantaſma videre. Acceſſit Ieſus,& ait illis:Nolite timere,ego ſum.Tunc vnus illorũ Petrus ille pręſumptor & poſtea negator,poſt vero confeſſor & amator.Si tu es(inquit)domine,iube me venire ad te ſuper aquas.Et dominus,veni,inquit:Deſcendit Petrus & cœpit ambulare ſuper mare plenus fiducia. Dum ambulat,trepidauit infirmitas,ſed ſtatim ſubuenit diuinitas,cœpit mergi,clamat:Domine,pereo,porrexit manum dominus,erexit mergẽtem, cõfirmauit diffidentẽ,& ait illi:Modice fidei,quare dubitaſti,videtis dilectiſſimi,quantũ adiuuet fides,et quantum deprimat infidelitas. Si quis eñ veniens ad aquas baptiſmi,fide plenus eſt,ſubleuat̃.Si quis infidelis eſt,mergitur. Probauimus etiam vltimo loco e ſolidis ſcripturę locis,ſolam fidẽ nequaquam ad ſalutẽ ſufficere.Sed hoc eſt hæreſibus,& hæreticis cõmune, & quaſi inſitum,vt ſemper ad modũ vix curandæ egritudinis gangrene ſerpãt latius.Et ſi vni hęreſi caput amputaueris,mox inſtar hydrę illius fabuloſę ſeptem ſubnaſcũtur alia capita.Et ſi ſpiritũ vnum immũdum eieceris illico ſumit is ad ſe tranſiens per loca arida ſeptẽ alios ſpiritus ſeſe nequiores, ita q̃ſquis hæc noſtra ſeu potius dei,lector pius ac æquus legeris ,in mẽte habeas, poſt deteſtabilem hanc de ſola fide aſſertionem repente ſubortam & enatam aliam eſſe hæreſim,q̃uãdoquidem prohdolor temporibus noſtris peruerſorum dogmatũ authores docere non formidant,ob nullum crimẽ quã-

Auguſt.in lib.de catacliſmo.c.3.

Matth.14

2.Timo.2

tumcũcꝙ flagitioſum,ac deo & hominibus abominabile,puniri vel damna-
Hiere, 8 ri hominẽ,niſi ob ſolam perfidiam. Sed nũquid non eſt reſina in Galaad,aut
medicus non eſt ibi. Et quidẽ per omnẽ modum oportet hic adhibere em-
Eſaiæ, 38. plaſtrum vulneri,& cataplaſmare ſaniem ægrotãtis illius Ezechiæ,impletur
Matth. 15 quippe in illis ſaluatoris noſtri ſentẽtia,dicẽtis: Cæcus ſi cæco ducatũ pręſtet
ambo in foueã cadũt. Nã ſi nullũ crimen,ſed ſola perfidia condemnat, ergo
ſecuri peccamus & liberi,& ſine cauſa dedit deus mãdata iuſtitiæ,ſi ſola ſine
iuſtitiæ operibus fides prodeſt. Vnde hic tã impius, tã ſceleſtus, tã perfidus
ignorãtiæ error obrepſerit,ſcire nõ poſſumus,niſi forte ex illis qui hoc exem
plo in lege veteri populũ ſeducebãt,& ſecũ ſimul æternæ morti,& perpetuo
Hiere, 23 tradebãt interitui. De quibus ſcriptũ eſt: Nolite audire ſermones propheta-
rum qui prophetãt vobis,quoniam vani ſunt ipſi,& viſiones a corde ſuo lo
quuntur,& nõ ab ore domini. Dicũt eñ his qui repulerunt verba dñi: Pax
erit vobis,& omnibus qui vadunt in volũtatibus ſuis. Omnis qui vadit in
errore cordis ſui dicũt,non venient ſuper te mala. Multa quidem nobis,imo
totius legis teſtimonia aderãt,quibus tã pernitioſum deſtruere errorẽ ac ſe-
pelire poteramus,ſed ne legentem diutius fatigemus, ſufficiãt pauca de plu-
Gene, 26 ribus. Reſpondeat ille mihi cuius talis eſt ſenſus. Adam a deo factus eſt ho-
mo,primus ſtatim in principio mundi,perfidiæ an peccati cauſa dãnatus eſt?
Gene. 3 in q̃ nihil fuiſſe incredulitatis inuenio p̃ter ſolã inobediẽtiã. Inobedientiã q-
dẽ,teſte Paulo, Roma. v. inuenio,ait eñ, ſicut p inobedientiam vnius hoĩs
peccatores conſtituti ſunt multi,ita & per vnius obeditionẽ iuſti conſtituẽ-
tur multi. Nec repugnat,quod aliqui ſuperbiæ & curioſitatis,primũ noſtrũ
parentem incuſant,nam eadem coniuncta eſſe quis non videt? Cum primũ
eñ irrepſerit dominãdi libido,amor gloriæ, honoris ambitio,vltro cõſectã
tur,inobedientia,curioſitas,confuſionis deformitas,& nulla cõfeſſionis hu-
humilitas. Adam quippe ſuperbus factũ ſuum nõ agnouit, ſed defendit,ſi-
militer & Eua. Serpẽs(inq̃t)decepit me. Et ille: Mulier quã dediſti mihi,de-
dit mihi pomũ & comedi,cuius cauſa ille dãnatus eſt,& omnes ſuo damna-
Gene. 4 mur exemplo. Cain quocꝙ nõ perfidiæ cauſa,ſed q̃d fratrẽ interemerat,con-
Gene. 7 dẽnatus eſt. Quid plura? vniuerſus hic mũdus vt diluuio interiret,non per-
fidiæ cauſa lego factũ fuiſſe,ſed criminũ. Sodoma & Gomorra vt repẽtino
Gene. 13 cremarẽtur incendio,nullam cauſam incredulitatis inuenio,niſi peccatorꝫ &
ſcelerum,q̃d ſcriptura euidẽter demõſtrat et dicit: Homines Sodomitæ ma-
li,et peccatores erãt in cõſpectu dei valde. Populus ille Iudaicus vt tam fre-
quẽter interire videretur & corripi,nõne peccatorꝫ cauſa præſtabat? Sed di
cet aliquis: Veteris legis teſtimonia tantũ nõ accipio,niſi mihi & noui teſta-
Acto. 5. mẽti exẽpla protuleris Accipe Saphiram et Ananiã, quos apoſtolica ſentẽ-
Roma, 3 tia nõ perfidiæ crimine,ſed furti,et mẽdacij cauſa dãnauit. Forſitan dicẽdum.
eſt: Quid enim apoſtolus dicit: Arbitramur enim iuſtificari hominem per fi
dem ſine operibus legis? Ipſum qui hoc dicit, lego, hominem abſentem etiã
cõdem-

condemnaſſe, quod vxorem patris acceperit. 1.Cor.5.

Sed dicat hoc illi qui peccando iam filij perditionis effecti ſunt, & in hoc tantum ſolatium ſe habere credunt, ſi alios ſecum potuerint morti perpetuæ mancipare. Nam ſi deus peccatorem non punit, vbi eſt illud propheticum. Si iuſtus vix ſaluus erit, peccator & impius vbi parebũt? Et alibi: Quia peccatores peribunt. Et iterum: Deficient peccatores a terra, & ita deficiãt, ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie dei. Nullum hic tantum incredulum & infidelem, ſed peccatores audio condemnari, & ſaluatorē noſtrum quodam loco dixiſſe lego. Non omnes qui dicunt, domine domine, in regnum cœlorum intrabunt, ſed qui faciunt voluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Vtique iſti Chriſtum credebant, qui eum & etiam dominum nuncupabant. Nec idcirco illis cœleſtis regni ianua pãditur, quia illum ore, quæ factis abnegãt, confitentur. Negari autem deum factis non minus, q̃ verbis apoſtolus dixit: Deum confitentur ſe noſſe, factis autem negant. Et dominus in euangelio: Multi mihi dicent in illa die, domine, domine, nonne in nomine tuo eiecimꝰ dęmonia, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et dicam illis: Nunquam vos cognoui, diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Vſque adeo iſti crediddiſſe dicuntur, vt in nomine domini virtutes etiam operentur, nec tamē eis proderit fides, quia iuſtitiæ opera non fecerũt. Itaq; ſi ſola fides prodeſt, cur illi cum angelis ſatanæ, in perpetuum gehēnæ ignis mancipantur. Qui non perfidiæ cauſa, ſed quia boni nihil fecerunt, iudicantur, ſicut ſcriptum eſt: Et dicet eis rex qui ad ſiniſtram ſunt, diſcedite a me maligni in gehēnam æternam, quam parauit pater meus diabolo, & angelis eius. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Non dixit vtiq;, qa non crediddiſtis mihi. Vnde intelligi datur, non eos incredulitatis cauſa, ſed propter bonorum operum ſterilitatem eſſe damnandos.

1.Petr.4 Pſal.36 Pſal.67 Matth.7 Math.25. Matth.7 Matth.25.

Error ergo eſt ſane non paruus eorum qui docent propter ſolã infidelitatem aut incredulitatem damnari hominē, ſed modicæ fidei & increduli forte adhuc non credent, niſi teſtimonia quædam habeãt ex Paulo, quo itaque Chriſto poſſimus eos lucrifacere. Ecce non grauabor enumerare, quos apoſtolus Paulus excluſit a regno dei. Paulus aũt apl'us Romanis in hæc verba ſcribit: Sicut nõ probauerũt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobũ ſenſum, vt faciãt ea quæ nõ cõueniũt, repletos oĩ iniquitate, malitia, fornicatiõe, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, cõtentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, deo odibiles, cõtumelioſos, ſupbos, elatos, inuētores maloꝝ, parētibus nõ obediētes, inſipiētes, incõpoſitos, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia. Qui cũ iuſtitiã dei cognouiſſent, non intellexerũt, qm̃ qui talia agũt, digni ſunt morte, nõ ſolũ qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt faciētibus. Et idem apoſtolus ad Corinthios ſcribit & dicit: An neſcitis, quia iniqui regnum dei non poſſidebũt? Nolite errare, neque fornicari, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles,

Roma.1 1.Cor.6.

neq; maſculorum concubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebrioſi, neq; maledici,neq; rapaces regnũ dei poſſidebunt. Tale quid etiam Galatas docuit magiſter ille gẽtium:Manifeſta ſunt(inquit)opera carnis,quæ ſunt fornicatio,immunditia,impudicitia,luxuria,idolorum ſeruitus,veneficia,inimicitię, contentiones, æmulationes,iræ,rixæ,diſſenſiones,ſectæ, inuidiæ,homicidia, ebrietates,comeſſationes,& his ſimilia, quæ prædico vobis ſicut prædixi,q̃niam qui talia agunt,regnum dei non conſequẽtur. Videant nũc cæci & excæcati homines,qui ſeſe ſpiritum dei habere gloriantur, q̃ inique contẽdant neminem damnari,ſiue a regno dei excluſum iri,niſi eum qui infidelitatis nota, & peccato grauetur.

Galat.5

Supra modum & in magnam perditionem animarum,adulterant, & deprauant verbum domini,quotquot ſolam fidem prędicare non ceſſant. Cap. XI.

2.Petr.vl. SVnt in epiſtolis Pauli,ita Simone Petro aſſerẽte,quędam difficilia intellectu,quæ indocti,& inſtabiles deprauant,φ ſi vllo vnquam tẽpore adulterata eſt ſcriptura Pauli,noſtris tẽporibus hoc accidit.Nam ſolarij illi ſolius ſine opibus fidei aſſertores, nõnulla Pauli dicta eo flectere tẽtant,quaſi Paulus totus in ea ſentẽtia fuerit ac perſtiterit, quod ſola fides iuſtificet,& ſola fides abſq; operibus ſufficiat ad ſalutem.Recitauerit enim q̃d in Geneſi ſcriptum eſt,videlicet quod credidit Abraham deo,& reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ecce(inquiunt)hic de ſola fide fit verbũ,ſed videre oportet,an pro hac ſola fide qua credidit Abraham deo, promittenti ſeſe multiplicaturum ſemẽ eius,veluti ſtellas cœli ſit ei fides reputata ad iuſtitiam,vel etiam pro omnibus quæ iam ante crediderat. Neq; enim putandum, quod abſq; fide fuerit illud,vt exiret de terra ſua,& de cognatione patris ſui,& veniret in terram quam ei demõſtrauerat deus,vel illud cũ ſeparato a ſe Loth dicit ad eum dominus:Aſpice oculis tuis,& vide ex hoc loco in quo ſtas,& intuere ad ſeptentrionem, & meridianum, & ad occidẽtem,atq; ad orientẽ, quia omnem terram hanc quam vides,tibi dabo eam, & ſemini tuo in æternum.Sed & illud quis dicat,abſque fide factum,quod veniens Abraham habitauit apud quercum Mambræ & Ebron,& ædificauit ibi altare domino? Quomodo autem & illud non erat fidei opus cum Melchiſedech benedixit Abraham & ait:Benedictus Abrahã deo excelſo qui creauit cœlũ & terram,& benedictus deus excelſus,qui tradidit inimicos eius in manibus eius? Ex quibus oĩbus colligitur, φ in his ſingulis fides quidẽ fuerit Abrahæ, ſed ex parte. In eo aũt vbi dicitur,q̃a fides ei reputata eſt ad iuſtitiã,fides perfecta declarat̃. Sicut eñ ſciẽtiã & prophetiã ex parte dicit eẽ apl̃s,et rurſum dicit eſſe perfectam in eo,cum ſcribit:Ex parte ſcimus,& ex parte prophetamus,cum venerit autẽ quod perfectum eſt,deſtruẽtur ea quæ ex parte ſunt,

Geneſ.15.

ita &

ita & fidem poſſimus intelligere eſſe aliquando ex parte, & aliquando perfectam. Sed hunc locum de ſola fide intelligi non poſſe fideliſſimũ interpretem dominũ Iacobum cap. ij. habemus, vbi oſtẽdit Abraham ob ſolam fidem minime iuſtũ reputatũ eſſe, ſed ex operibus quæ fidẽ cõſumabant, quibus & fides cooperabatur. Nec ſibi contrariæ ſunt duorum apoſtolorũ ſententiæ Pauli & Iacobi, Cum dicit vnus, iuſtificatum eſſe Abraham ſine operibus legis. Alius autẽ dicit operibus Abraham iuſtum haberi. Nam ille loquitur de operibus quæ fidem præcedunt. Hic vero de operibus quæ fidem ſequuntur. Cęterum quod dicimus, alijs adhuc ſcripturæ ſanctæ teſtimonijs muniatur, audi in euangelio ad dominum dicẽtes apoſtolos: Domine, auge nobis fidem. Nonne per hæc euidenter oſtẽdunt habere ſe quidẽ fidẽ, ſed talem quæ egeat augmento? Sed ipſe apoſtolus Paulus cum dicit: Si habeam oẽm fidẽ, ita vt montes transferam, omnẽ cum dicit, ex partibus totam docet eſſe compoſitã. Neq; autẽ omne poteſt nominari, vbi aut qualitatis, aut quantitatis diuerſitas non eſt. Videtur ergo etiam in præſenti loco cum fides multæ Abrahæ præceſſerint per ſingula quæq;, quæ ex parte ſuperius memorauimus, in hoc nunc vniuerſa fides eius eẽ collecta, & ita ei ad iuſtitiam reputata. Iam ſane conſiderabis, ſi vt de fide dictum eſt, quia reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Ita & de alijs virtutibus dici poſſit, quia (verbi gratia) miſericordia vnicuiq; reputari poteſt ad iuſtitiam, aut ſapiẽtia, aut ſciẽtia, aut mãſuetudo & humilitas, vel certe ſi oĩni credẽti fides ad iuſtitiam reputetur. Si quis eam itaq; declarationẽ aduerſarijs fecerit, nõ video ex parte aliqua peccatum eẽ. Secundo loco dicunt ſcripſiſſe Paulum in hæc verba, Arbitramur hominẽ iuſtificari ſine operibus legis. Ecce (inquiunt) nihil eſt quod catholici ſomniant de bonis operibus, ſed videãt hi, quid Romanos docuerit Paulus, antea quam dixerit, iuſtificari hominẽ per fidẽ ſine operibus legis. Docuit enim in hæc verba, exiſtimas o homo, oĩs homo q̃ iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, q̃d tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patiẽtiæ, & longanimitatis contẽnis? Ignoras, quoniam benignitas dei ad pœnitẽtiam te adducit. Secundũ autẽ duritiam tuam, & impœnitẽs cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationes iuſti iudicij dei, qui reddit vnicuiq; ſecundum opera eius. His autẽ ſecundũ patiẽtiam boni operis gloriã, & honorẽ, & incorruptionẽ quærentibus vitam æternam. His aũt quæ ſunt ex contẽtione, & qui nõ acquieſcũt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia, & in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum et Græci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonũ, Iudæo primum et Græco. Nõ enim eſt acceptio perſonarũ apud deũ. Quicũq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribũt. Et quicũq; in lege peccauerũt, per legẽ iudicabũtur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabũtur. Quis hic modo nõ videt hoc docuiſſe Paulum, q̃d deus redderet vnicuiq; ſecũdum opera eius, et his quidem red-

deret

deret ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorē, & incorruptionem, quærentibus vitam æternam, ꝙ dicit patientiam boni operis, oſtendit laborem quendam & agones imminere his qui bonum opus facere volunt. Luctamen eſt enim, ſicut & idem apoſtolus dicit, non aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principatum, & poteſtatem, et mundi huius rectores, quæ omnia bono operi aduerſantur, et ideo patientia neceſſaria eſt, quia ſcriptum eſt, in veſtra patientia poſſidebitis animas veſtras.

Cæterum (inquit) gloria & honor, et pax omni operanti bonum, Iudæo primum et Græco. Nō enim eſt acceptio perſonarum apud deum. Nullatenus itaq; dubitandum eſt, ſi quis meretur pro malo opere condemnari, iam dignus habebitur ſi operatur bonum, remunerationem boni operis. Sic em̄ in alio loco docet apoſtolus: Om̄es nos ſtare oportet ante tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonū, ſiue malū. Inde deniq; eſt q̄d & in hoc loco ſubiungit. Nō enim perſonarum acceptio eſt apud deū. Q; ſi tibi adhuc dubiū videtur, audi et Petrū quid in actibus apoſtoloꝝ pronuntiet, cū ad Gentilem Corneliū fuiſſet ingreſſus. Compertum (inquit) habeo quod deus perſonarum acceptor non eſt, ſed in omni loco, & in omni gente qui facit voluntatem eius, acceptus eſt ei.

Cum vero ſubdit apoſtolus, ac dicit, non auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, nihil poterat dicere clarius. Nam et ſi hunc locum nōnulli ſic intelligāt factores legis, iuſtificabuntur, vt ſciamus aliter eos nō eſſe factores legis, niſi iuſtificētur, vt non iuſtificatio præcedat. Quid ē em̄ aliud iuſtificati, q̄ iuſti facti, ab illo ſcilicet qui iuſtificat impiū, & ex impio fiat iuſtus? Si em̄ ita loqueremur, vt diceremus, homines liberabūtur, hoc vtiq; intelligeretur, eis qui iam homines eſſent accedere liberationē, Si aūt diceremus hoīes creabūtur, nō vtiq; intelligeret̄ eos creari, qui iā homines erāt, ſed ipſa creatione hoīes fieri. Ita ſi dictū eſſet, factores legis honorabuntur, recte non acciperemus, niſi honorē illis qui iam eſſent factores legis accedere. Cū vero dictū eſt, factores legis iuſtificabūtur, factores em̄ legis vtiq; iuſti ſunt. Ac per hoc tantundē eſt ac ſi diceretur, factores legis creabuntur, nō quia erāt, ſed vt ſint, vt ſic intelligerēt etiā Iudæi, legis auditores indigere ſe gratia iuſti iuſtificatoris, vt poſſint eſſe factores. Aut certe ita dictum eſt, iuſtificabūtur, ac ſi diceretur, iuſti habebūtur, iuſti deputabuntur. Ille aūt volēs ſe iuſtificare. i. vt iuſtus haberet̄ & deputaretur. Vnde aliter dicimus: Deus ſanctificat ſanctos ſuos, aliter autem ſanctificetur nomen tuum. Nā illud ideo, quia ipſe illos facit eē ſanctos, qui nō erāt ſancti. Si ergo hæc vera ſunt, veluti falſa eſſe nō poſſunt. Proin reſtat quod conſtanter etiam ex his locis p̄dicemus bona opa. Sed q̄d poſt hæc dicit, arbitramur hoīem ſine opibus legis iuſtificari p̄ fidē. Credimus etiā aliū habere ſenſum. Et q̄dc hūc q̄d hic loquens apl̄us de opibus legis, loquat̄ de opibus legis Moſaicę, neq; hoc miꝝ fuerit, ſi qn̄q; p̄ legē intelligimus legē Moyſi, & aliq̄n legē euāgelij

inueni-

inuenimus enim hanc eſſe ſcripturæ conſuetudinem,q̃d ſępe vnũ vocabulũ diuerſa ſignificet. Nam ita ad apoſtolos loquente domino, nonne vos dicitis,quia adhuc quatuor mẽſes ſunt vt veniat meſſis? eleuare oculos veſtros, & videre regiones quia albæ ſunt ad meſſem. Nonne & hoc loco meſſis ſecundo nominata,primo ad corporalem meſſem refertur. Secundo ad ſpiritalem? Et iterum in Euãgelio cum dicit ad Samaritanã mulierem ſaluator: Da mihi bibere. Et poſt iterum dicit ad eam: Si ſcires quis eſt qui dicit, da mihi bibere,tu vtiq; petiſſes eũ,& dediſſet tibi aquam viuam. Et iterum addidit ad eam: Omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet iterum: Qui aũt biberit ex aqua quam ego do ei,non ſitiet in æternũ. Vide quomodo & bibere ex aqua,nũc quidem corporaliter,nunc autẽ ſpiritaliter in vno eodẽq; accipitur loco? Eſt & illic ſimiliter poſitũ,vbi cęcus a natiuitate curat̃. Poſt hoc dicit ſaluator,in iudiciũ ego veni in hũc mũdũ,vt qui nõ videt, videat,& q videt,cæci fiant. Nõne etiã hic,et videre,et nõ videre ,nũc corporaliter,nũc ſpiritaliter intelligitur? Loquẽs itaq; apſtus de lege,ſæpe legẽ naturæ,&aliquãdo legẽ Moyſi frequẽter etiam legem euangelij ſubindicare voluit. Et q̃d aduerſarij dicunt mulierem quæ erat in ciuitate peccatrix ſine vllis operibus ſola fide iuſtificatam eſſe, his reſpondere oportet,q̃d mulier illa non fuit abſq; operibus. Nã vt cognouit q̃d Ieſus accubuiſſet in domo phariſæi,attulit alabaſtrum vnguenti,& ſtans retro circa pedes domini lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capilli capitis ſui tergebat,& oſculabatur pedes eius,& vnguento vngebat. Hæc nemo negare poterit nõ fuiſſe opera,niſi falſo dixerit dominus,bonum opus operata eſt in me. Quid dicam? cõuerſus dominus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam,aquam pedibus meis non dediſti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti,hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti,hæc autem vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi,remittuntur ei peccata multa ,quoniam dilexit multum. Ecce,quid dicat,remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ,non ergo ſola fides erat in illa, imo & opera charitatis fuerunt certiſſima ſigna fidei ſuæ.

Iohan. 9.

Lucæ. 7.

Iuſtificatur itaq; homo per fidem,vbi vero fides non eſt,quæ credentem iuſtificet,etiam ſi opera quis habet ex lege,tamen quia nõ ſunt ædificata ſupra fundamentum fidei,quamuis videantur eſſe bona,operatorem ſuum iuſtificare non poſſunt,ſi eis deeſt fides,quæ eſt ſignaculum eorum qui iuſtificantur a deo. Et ne videamur pro noſtro ſenſu,& captu noſtro,velle torquere ſcripturas, ſed potius intra terminos manere quos poſuerunt patres noſtri, ecce ſubijcimus Auguſtini verba. Intelligentia eſt (inquit Auguſtinus) ſcriptura, quæ ſcientibus conuenire videtur in omnibus ,& non niſi ſolis, a quibus numen intelligitur diſcrepare.

Verba ſŭt beati. Auguſt. in libro de vita Chriſtiana cap. 13.

Iuſtificari hominem (inquit Apoſtolus) per fidem ſine operibus legis, dicit, ſed

cit,ſed non ſine illis operibus,de quibus alterum apoſtolum,audio dicentē, fides ſine operibus mortua eſt. Paulus enim apoſtolus de operibus legis loquutus eſt,hoc eſt de circunciſione carnali, & Neomenia,&ſabbato,& huiuſmodi cæteris quæ lex fieri ante præceperat, & iam Chriſti tempore non erant neceſſaria. Iſte vero Iacobus de operibus loquitur, quæ qui non fecerit,vere mortuus eſt. Sed dicet aliquis illud apoſtoli dicētis: Corde creditur ad iuſtitiam,ore aūt fit confeſſio ad ſalutem,Stulte,hoc baptiſmi impletur in tempore,quo vt baptizetur quis,ſola confeſſio deſideratur & fides. Nā qd tibi ipſius baptiſmi lauacrum prodeſt,ſi ſola ſine iuſtitia fides quæritur? Baptiſmo enim peccata ablui fides omnium tenet , ſi deinceps peccandum eſt, quid abluiſſe prodeſt? Audi qd dicat dominus homini ſemel ſanato. Ecce ſa-
Iohan.5 nus factus es,iam noli peccare amplius,ne quid deterius eueniat. Hoc et beatus Petrus apoſtolus manifeſte docet,ei deterius aliquid,qui poſt agnitam viam iuſtitiæ peccauerit euenire,cum dicit: Si enim refugiētes coinquinationes mūdi in cognitione domini noſtri ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſum implicati,ſuperātur, facta ſunt eis poſteriora,deteriora prioribus. Melius enim eſſet illis viam non cognoſcere iuſtitiæ,q̄ poſt cognitam retrorſum conuerti ab eo quod illis traditū eſt a ſancto mādato. Cōtigit eīn eis,illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad vomitū ſuū, & ſus lota in volutabro luti.

Charitas vinculum perfectionis eſt. Cap. XII.

TRactat apoſtolus de fide nō pauca,multa deniq; de ſpe,ſed nō ſubſiſtit in ſola fide,quin ea de re ſic loquitur: Aemulamini chariſmata
1.Cor.12. 1.Cor.13. meliora ,excellentiorem viam vobis demonſtro. Manent quidem fi-
Coloſſ.3. des,ſpes,charitas tria hæc,maior autē eorum eſt charitas. Et ad Coloſſenſes: Induite inquit vos ergo ſicut electi dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ,benignitatē,humilitatē,modeſtiam,patientiam,ſupportātes inuicem & donantes vobiſmetipſis,ſi quis aduerſus aliquem habet querelā,ſicut & dn̄s donauit vobis,ita & vos. Super omnia autem hæc,charitatē habete,quod eſt vinculum perfectionis,& pax Chriſti exultet in cordibus veſtris,in qua
Ephe.3. & vocati eſtis in vno corpore,& grati eſtote. Epheſiis ſcribens iubet eorum fidem radicatam eē deberi in charitate,& eam fidē probat quæ per charita-
Galat.5 tem operatur,quid quod primus ac præcipuus fructus ſpūs eſt charitas. Corinthijs autem quando ſcribit Apoſtolus,iubet vt omnia in charitate fiant.
1.Cor.16. Ephe.4 Supportate(inquit)inuicem in charitate Docet &manifeſte,quomodo finis
1.Timo.1 præcepti ſit charitas. Sic fere facit per omnes epiſtolas,vt ſemper & vbique, prædicet & doceat charitatem hāc ita neceſſariam ait vt ſcribere audeat. Si
1.Cor.13 linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autē non habeā,factus ſum ſicut æs ſonans,aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiā, & nouerim myſteria omnia,& omnē ſcientiā,& ſi habuero omnē fidē, ita vt mō-

tes trāſ-

tes transferam,charitatem autem non habuero,nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,& ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam,charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt. Et ipſe Petrus ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuã habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Sed & Iohannes Chriſti diſcipulus,ea de re ſic docet & loquitur. Chariſſimi,nolite om̃i ſpiritui credere,ſed probate ſp̃us ſi ex deo ſint,quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mũdum,in hoc cognoſcitur ſp̃us dei. Omnis ſp̃us qui confitetur Ieſum Chriſtũ in carne veniſſe,ex deo eſt: & omnis ſp̃us qui ſoluit Ieſum,ex deo non eſt,et hic eſt Antichriſtus de quo audiſtis,quoniã venit,& nũc iam in mundo eſt, vos ex deo eſtis,filioli,& viciſtis eum,quoniam maior eſt qui in vobis eſt, q̃ qui in mundo,ipſi de mundo ſunt,ideo de mundo loquitur, & mundus eos audit,nos ex deo ſumus: qui nouit deum,audit nos: qui non ex deo eſt,non audit nos,In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis,& ſpiritũ erroris. Chariſſimi,diligamus nos inuicem,quia charitas ex deo eſt. Et omnis qui diligit,ex deo natus eſt, & cognoſcit deum. Qui non diligit, non nouit deum,quoniã deus charitas eſt: in hoc apparuit charitas dei in nobis,qm̃ filium ſuũ vnigenitum miſit deus in mundum,vt viuamus per eum, in hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus deum,ſed quoniam ipſe prior dilexit nos,& miſit filiũ ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi,ſi deus dilexit nos,& nos debemus alterutrum diligere. Et Iohannes iterum ait,omnis qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus,ex deo natus eſt,& om̃is qui diligit eum qui genuit,diligit & eum qui natus eſt ex eo: in hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos dei,cum deum diligamus,& mãdata eius faciamus. Hęc eſt enim charitas dei,vt mandata eius cuſtodiamus, & mãdata eius grauia non ſunt. Sed quod ſit charitatis officium,explanat idem Paulus,dicens: Charitas patiens eſt. Cum itaq; Paulus Romanos docuerit,vt ſe charitate firmitatis inuicem diligant. Et ad Galatas ſcribens,iterum doceat,vt per charitatem ſeruiant inuicem,quin & charitatẽ primum & præcipuum fructum ſp̃us aſſeuerat. Et Epheſios obſecret, vt digne ambulent in vocatione qua vocati ſunt cum omni humilitate,& manſuetudine,cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. Inſuper & ad Philippenſes ſcribens,hortatur vt eandem charitatem habeant,Timotheo mandat,vt ſectetur charitatem. Et ad Hebræos ſcribit in hæc verba,conſideremus inuicem in prouocationem charitatis,& operum bonorum. Hæc omnia et ſimilia his quæ licet in Paulo videre manifeſto ſunt argumento,Pauli doctrinam huc tendere,q̃d hæc fides accepta ſit deo quæ fundata ſit,et bene radicata in charitate,quæ viua ſit,non mortua,quæ per charitatem operetur,et non ſit otioſa,Id q̃d plenis velis,& quaſi per exaggerationem docuit ad Romanos idem apoſtolus,dicens: Scimus,quoniã diligentibus deum omnia cooperantur in bonũ his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti,nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri

1.Petr.4 | 1.Iohan.4. | 1.Iohan.5 | 1.Cor.13. | Roma.12 | Galat.5 | Ephe.5. | Roma.8.

imaginis filij ſui,vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.Quos aũt præ-
deſtinauit,hos & vocauit,& quos vocauit,hos & iuſtificauit:quos autẽ iu-
ſtificauit,illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc, Si deus pro no-
bis,quis contra nos. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit,ſed pro nobis
omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis dona-
uit,quis accuſabit aduerſus electos dei?Deus qui iuſtificat,quis eſt qui con-
demnet?Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt,imo qui & reſurrexit, qui eſt ad de-
xteram dei,qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit a chari
tate Chriſti?tribulatio,an anguſtia,an fames,an nuditas,an periculũ,an pſe-
cutio,an gladius?ſicut ſcriptum eſt:Quia propter te mortificamur tota die,
æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis,ſed in his omni bus ſuperamus, propter
eum qui dilexit nos. Certus ſum ego enim,quia neq; mors,neq; vita,neque
angeli,neq; principatus,neq; virtutes,neq; inſtantia,neq; futura,neq; ſorti-
tudo,neq; altitudo,neq; profundum,neq; creatura vlla poterit nos ſeparare
a charitate dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hæc eſt aũt charitas
dei,vt non ſolum credamus,ſed & mandata eius cuſtodiamus, & mandata
1 Iohan.5. Roma.5 eius grauia non ſunt. Et hæc eſt charitas vt ambulemus ſecundum mandata
eius.Hoc autem eſt donum ſpũs ſanctus q̃d diffunditur. Charitas in cordi-
bus noſtris,charitas non quælibet,ſed charitas dei, de corde puro,& cõſcien
1.Timot.1. tia bona,& fide non ficta,ex qua iuſtus in hac peregrinatione viuẽs ad ſpe-
1.Cor.13. ciem quoq; perducitur poſt ſpeculum,& ænigma,et quicquid erat,ex par-
te vt facie ad faciem cognoſcat,ſicut & cognitus eſt. Vnã enim petita dño,
Pſal.26 & hanc requirit,vt inhabitet in domo domini per omnes dies vitæ ſuæ, ad
hoc vt contempletur delectationem domini. Quod autem ſunt qui ſibi ac
alijs perſuadent,ac perſuadere nituntur,fidem ſine charitate nõ eſſe,ſatis mi
rari non poſſum.Quãdo tam manifeſta ſint verba Pauli, tria & inter ſe dif-
ferentia eſſe,fidem ſcilicet,ſpem & charitatẽ,& q; via charitatis excellentior
1.Cor.13 ſit.Dein ſi ipſe habeat omnem fidem,charitatẽ vero non habeat,ſe nihil eſſe
Auguſt.in libro.so. vnius ſententiarum ſnia.8. docet. Sed & Auguſtini verba ſubſcribere lubet,inquit enim: Fides ſine ſpe
& charitate eſt, ſi dicas. Credo vera eſſe ad quæ me vocas, ſed ego ea cape-
re non poſſum,nec volo: fides ſine ſpe cum charitate eſt,ſi dicas. Credo vera
eſſe,ad quæ me vocas,& volo ea conſequi,ſed nõ poſſum. Fides cum ſpe ſi-
ne charitate eſt,ſi dicas. Credo vera eſſe,ad quæ me vocas,& ea poſſum aſ-
ſequi ſi velim,ſed nolo. Charitas ſine ſpe et fide eſt. Si quis dicat, vehemẽter
ſe velle ſine illecebris corporis ſui viuere in æternũ,ſed neq; credere eſſe vi-
tam æternam,nec ſi ſit,eam ſe poſſe aſſequi. Cum fide ſine ſpe,charitas eſt, ſi
et deſiderare ſe vitam æternam,et credere eſſe quis dicat,ſed ſe poſſe aſſequi
neget,ſpes autem ſine fide,quomodo eſſe poteſt non inuenio. Nemo enĩ ſpe
rat ſe poſſe aſſequi,q̃d eſſe nõ credit. Oportet ergo ineſſe animo omnia tria,
fidem,ſpem,et charitatem,vt et credat vera eſſe,ad quæ vocatur,et ſperet ſe
poſſe aſſequi,et omnino ea diligat.

Sine

Sine charitate itaq; fides poteſt quidem eſſe,ſed nō prodeſſe,propter q̄d & apoſtolus Paulus,in Chriſto inquit Ieſu,neq; circūciſio,neq; præputium aliquid valet,ſed fides quæ per dilectionem operatur,ſic eam diſcernens ab ea fide,qua & dæmones credunt et cōtremiſcūt. Dilectio igitur quæ ex deo eſt,et deus eſt proprie ſpiritus ſanctus eſt,per quem diffunditur in cordibus noſtris dei charitas,per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectiſſime ſpiritus ſanctus,cum ſit deus,vocatur etiam donum dei. Quod donum proprie,quid niſi charitas intelligenda eſt,quæ perducit ad deū,et ſine qua, quodlibet aliud donum dei,non perducit ad eum.

Auguſt.li. 15.de trinitate ca.18. Galat.5.

ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI.

QVI noſtris temporibus bonorum operum oſores,& aduerſarij ſunt, prætextum hūc habent,vt quia Chriſtus paſſione ſua ſatisfecerit pro omnibus,Propterea non ſit neceſſe,vt Chriſtianus aliquod bonū operetur opus. At quia ſcripturæ ſacræ teſtimonio docemur ſentire contrarium,idcirco de veritate rei diligenter perquiritur in hoc ſecundo libro,& tandem concluditur,oportere nos compati,ac opera bona facere,modo ſi velimus conregnare & conglorificari cum Chriſto Ieſu domino noſtro.

Qui dicit ſe in Chriſto manere,debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

CAPVT PRIMVM.

IOhannes apoſtolus etſi multa de fide ſcripſerit,nihilominus per omnia præuidere voluit,ne quis ambularet iuxta deſideria carnis,ait enim,ſi dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum deo,& in tenebris ambulamus, mentimur & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus,ſicut & ipſe eſt in luce,ſocietatem habem⁹ adinuicem,& ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emūdat nos ab omni peccato: Si dixerimus,quoniam peccatum nō habemus,ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis nō eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus,vt remittat nobis pctā noſtra, & emūdet nos ab omī iniquitate. Si dixerimus,quoniā non peccauimus mēdacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis. Filioli mei(inquit)hæc ſcribo vobis,vt nō peccetis,ſed et ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtū, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,non pro noſtris autem tantū,ſed etiam pro totius mundi,et in hoc ſcimus,quoniam cognouimus eum,ſi mādata eius obſeruamus,qui dicit ſe noſſe eum,et mandata eius non cuſtodit, mendax eſt,et in hoc veritas non eſt: qui autem ſeruat verbum eius vere,in hoc charitas dei perfecta eſt. Docet(vt verū fatear) his verbis. Iohannes Ieſum Chriſtum propitiationem eſſe pro peccatis noſtris. At ne quis vſurpa-

I.Iohan.1 I.Iohan.2.

ret ex paſſione Chriſti ſibi velamen malitiæ, & quæreret excuſationẽ in peccatis. Propterea mox addidit, dicẽs: In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus: qui dicit ſe in Chr̃o manere, debet ſicut ipſe ambulauit, ambulare. Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mãdatum vetus ſcribo vobis: ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio, mãdatum vetus eſt, verbum quod audiſtis. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt, & in ipſo, & in vobis, quia tenebræ tranſierunt, & verum lumẽ iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſq; adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui aũt odit fratrem ſuũ, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognouiſtis patrem. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & verbum dei manet in vobis, & viciſtis malignũ. Ecce quam clara ſunt verba diui Iohãnis docentis non ſatis eſſe noſſe deum manere in Chriſto, quin potius neceſſe ſit, mandata cuſtodire, ſeruare

1. Iohan. 1. verbum, & ambulare, ſicut ille ambulauit. Et tunc ſanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato. Propterea idem apoſtolus quando ſcripſit electæ do-

Io. 2. cano. minæ & natis eius, ait, gauiſus ſum valde, quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, ſicut mandatum accepimus a patre. Et nũc rogo te domina, non tanquam mãdatum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum. Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecũdum mandata eius. Hoc eſt enim mandatum, vt quemadmodum audiſtis ab initio in eo ambuletis, quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui nõ confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in mundum. Ad Gaium autem ſcri-

In. 3. cano. bens, ait: Gauiſus ſum valde veniẽtibus fratribus, et teſtimonium perhibẽtibus veritati tuæ. Sicut tu in veritate ambulas, maiorem horum non habeo gratiam, q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulare. Et Iudas frater Iacobi propterea deteſtatur eos qui ſecundum deſideria ſua ambulant, & maxi-

Ephe. 5. me in impietatibus. Itidem videtur prædicaſſe Paulus: Eſtote (inquit) imitatores dei ſicut filij chariſſimi. Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. Ecce q̃ aperta ſit apoſtoli Pauli ſententia, vt imitatores dei ſi-

Roma. 6. mus, vt ambulemus in dilectione. Sed & Romanis ſcribẽs: Docuit, vt in no-

Ephe. 4 uitate vitæ ambulemus. Epheſios autem docet, vt in dilectione ambulent, et

Ephe. 5. Philip. 3 vt filij lucis, vt & caute ambulent. Sed & audi, quomodo Philippẽſibus ſcribit in hæc verba, imitatores mei eſtote, fratres, & obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formã noſtrã. Multi eñi ambulant, q̃s ſæpe dicebã vobis, nunc aũt & flens dico, inimicos crucis Chriſti, quorũ finis interitus, quorũ deus venter eſt. Et gloria confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Noſtra autem

conuer

conuerſatio in cœlis. Vnde etiam ſaluatorẽ expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratũ corpori claritatis ſuæ,ſecũdum operationẽ virtutis ſuæ,qua etiã poſſit ſubijcere ſibi omnia. Quis iam hic non videt, eos ambulare in tenebris, qui puſillo gregi miſeræ plebeculæ quotidie prædicant,& inculcãt Chriſtũ ſua paſſione ſatiſfeciſſe pro peccatis noſtris,& non modo pro noſtris,ſed etiã pro totius mundi,id quod verꝝ eſt,at quod adijciunt temere. Neq; neceſſe ſit, vt ſequamur veſtigia eius,falſum eſt. Sed hos etiã flens,teſtatur apl'us inimicos eſſe crucis Chriſti,& eoꝝ finis ſit interitus. Verꝝ quidem eſt & fatemur,ipſe Iohan.1.
eſt propitiatio noſtra,ipſe eſt agnus dei,qui abſtulit peccata mundi, ipſe eſt aduocatus noſter,nihilominus docendum eſt ad hæc ſi ſpũ viuimus, ſpũ & ambulemus. Neq; fruſtra docet apl'us nihil damnationis eſt his,qui ſunt in Roma.8
Chriſto Ieſu,qui nõ ſecundũ carnẽ ambulãt. Lex eñ ſpũs vitæ in Chriſto Ieſu,liberauit nos a lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi,in qua infirmabatur per carnẽ, deus filiũ ſuũ mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati,& de pc̃tõ dãnauit peccatũ in carne,vt iuſtificatio legis impleret̃ in nobis,qui nõ ſecundum carnẽ ambulamus,ſed ſecundũ ſpiritũ. Qui eñ ſecundum carnẽ ſunt,quæ carnis ſunt,ſapiũt: qui vero ſecundũ ſpiritum ſunt,quę ſunt ſpũs,ſentiũt,nã prudẽtia carnis mors eſt,prudẽtia aũt ſpũs,vita & pax, quia ſapientia carnis inimica eſt deo,legi eñ dei nõ eſt ſubiecta,nec enim poteſt. Qui aũt in carne ſunt,deo placere nõ poſſunt: vos aũt in carne nõ eſtis, ſed in ſpũ: ſi tamẽ ſpũs dei habitat in vobis. Si quis aũt ſpiritũ Chriſti nõ habet,hic nõ eſt eius: ſi aũt Chriſtus in vobis eſt,corpus qdẽ mortuũ eſt, propter pc̃tm̃,ſpũs vero viuit propter iuſtificationẽ: Quod ſi ſpũs eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis,habitat in vobis,q ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis viuificabit & mortalia corpora veſtra,propter inhabitãtem ſpm̃ eius in vobis. Ergo fratres debitores ſumus nõ carni,vt ſecundũ carnẽ viuamus: ſi eñ ſecundũ carnẽ vixeritis,moriemini: ſi aũt ſpũ facta carnis mortificaueritis,viuetis. Ecce vt his q nõ ſecũdũ carnẽ,ſed ſecundũ ſpiritũ ambulant, nihil dã- Galat.5
nationis ẽ. Spũ itaq; ambulate,& deſideria carnis nõ perficietis,ambulate di 1.Theſſ.2
gne deo,ambulate dũ lucem habetis,honeſte ambuletis. Subtrahatiſq; vos Iohan.12 1.Theſſ.4
(inqt apoſtolus) ab om̃i fratre inordinate ambulante,ſicut accepiſtis Ieſum Chriſtum dominum noſtrum in ipſo ambulate,vocatiõe qua vocati eſtis,et vnumquéq; ſicut vocauit deus,ita ambulet. Nã qui ſe dicit in Chriſto manere,debet quemadmodum ille ambulauit,& ipſe ambulare.

Paſſio Chriſti pro ſalute mundi multiplici prophetaꝝ teſtimonio prophetata eſt. Cap.II.

GAbrielis de Chriſti paſſione ad Danielẽ verba ſunt hæc. Scito ergo Daniel.9
& aïaduerte ab exitu ſermonis,vt iterꝝ ædificet̃ Hieruſalẽ,vſque ad Chr̃m ducẽ,hebdomades ſeptẽ,& hebdomades. lxij. erũt,& rurſum

ædificabitur platea,& muri in anguſtia tempore. Et poſt hebdomades ſexagintaduas,occidetur Chriſtus,& non erit eius populus,qui eum negaturus
Pſal.117. eſt. Dauid in pſalmis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli. A dño factum eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris,
Pſal.21 foderunt manus meas,& pedes meos,& dinumerauerunt omnia oſſa mea, partiti ſunt veſtimenta mea,& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Zacha
Zicha.9. rias propheta de paſſione Chriſti vaticinatus eſt dicens: Tu in ſanguine te
Micheæ.6 ſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu,in quo non erat aqua. Et per Michæam: Popule meus quid feci tibi,aut in quo moleſtus fui tibi,tota die ex
Iohel.2 pandi ad te manus meas. Per Iohelem prædictum eſt vt in monte Sion,& in
Hiere.11. Hieruſalem erit ſaluatio. Et Hieremias ille ſanctificatus ex vtero matris ſuæ de paſſione Chriſti prophetauit in hæc verba: Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Ezechiel & prophetæ reliqui,multa & varia de paſſione Chriſti prædixerunt & prophetarunt. Vnus tamen Eſaias complexus eſt,non modo de virgine natiuitatẽ,& vitam Chriſti totam,ſed & quaſi ex ordine totam paſſionẽ Chriſti, declarãs, quare, propter quid,et quomodo paſſus ſit Chriſtus,idq́ facit vſq́ adeo verbis manifeſtis quaſi præſens
Eſa.63 & coram fuerit. Sic enim Eſaias ait de Chriſto: Torcular calcaui ſolus,& nõ
Eſaiæ.50 eſt de gentibus vir mecum,corpus meum dedi percutientibus,et genas meas vellentibus,faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus
Eſa.53 in me. Quis credidit auditui noſtro,et brachium domini cui reuelatum eſt? & aſcendet ſicut virgultum coram eo,& ſicut radix de terra ſitienti. Nõ eſt ſpecies ei neq́ decor. Et vidimus eum et non erat aſpectus,et deſiderauimus eum deſpectum,et nouiſſimum virorum, virum dolorum et ſcientem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius et deſpectus, vnde nec reputauimus eum. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum,et percuſſum a deo & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra,diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,et liuore eius ſanati ſumus Omnes nos quaſi oues errauimus,vnuſquiſq́ in viam ſuam declinauit & poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrorum. Oblatus eſt,quia ipſe voluit,et non aperuit os ſuũ. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, et quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet,et non aperiet os ſuum. De anguſtia, et de iudicio ſublatus eſt. Generationem eius quis enarrabit, quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et dabit impios pro ſepultura,et diuites pro morte ſua, eo quod iniquitatem non fecerit,neque dolus fuerit in ore eius,et dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam,videbit ſemen longæuum, et voluntas domini in manu eius dirigetur,pro eo quod laborauit anima eius, videbit et ſaturabitur,in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos,et iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiam ei plurimos, et fortiũ

diuidet

diuidet ſpolia,pro eo quod tradidit in mortem animã ſuã,& cũ ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorũ tulit,& pro trãſgreſſoribus rogauit. Ecce (inqt Eſaias) vere languores noſtros ipſe tulit,& dolores noſtros ipſe portauit,ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra,liuore eius ſanati ſumus,tradidit in mortem animam ſuam,& cum ſceleratis deputatus eſt,peccata multorũ tulit,& pro trãſgreſſoribus rogauit. Ex quibus omnibus quaſi per compendiũ complexus eſt id,quod his verbis poſt factum,& poſt multa tempora teſtatus eſt Petrus,dicẽs: In hoc vocati eſtis,quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquẽs exẽplum vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatum non fecit,nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceretur,nõ maledicebat,cum pateretur,nõ comminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui,iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum. Ex his iam palam fit Chriſti paſſionem pro totius mundi ſalute a prophetis per multa ſecula ante prædicatam & prophetatam eſſe. Infinita huius generis loca,ſilentio prudens prætereo,vt dicenti ſit modus. Nam omnes figurarum vmbræ et futura prædicentium voces,huc aduocandæ eſſent. 1.Petr. 2

Ieſum Chriſtũ eſſe ſaluatorem noſtrum, cuius paſſione condonata ſint peccata noſtra, ſcripturæ docent. Cap.III.

PRomiſit ipſe deus humano generi,& pro ſalute noſtra ſaluatorẽ. Ecce enim ait ex ore domini Eſaias,ſaluator tuus venit,ecce merces eius cum eo,& opus eius coram illo,& vocabũt eos populus ſanctus redempti a dño. Zacharias,ecce rex tuus venit tibi mãſuetus & ſaluator. Ipſe eſt,quẽ Michæas expectabat ſaluatorem. Et ipſe eſt ille ſaluator abſcõditus, præter quẽ nõ eſt ſaluator alius,quem in carne ſua ſaluatorem ſe viſurũ olim ſperabat Iob,vir ille ſimplex,rectus,ac timens deum. Hunc ſaluatorem vndiquaqꝫ prædicat euangeliũ,nato enim in Bethleem Chriſto domino, quãdo paſtores in eadem regione vigilabant, & cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Ecce angelus domini ſtetit iuxta illos,& charitas dei circumfulſit illos: Et ait ille,nolite timere,ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnũ,quod erit omni populo,quia natus eſt vobis ſaluator qui eſt Chriſtus dñs in ciuitate Dauid. Apparuit itaqꝫ gratia dei,et ſaluatoris noſtri omnibus hominibus,imo apparuit benignitas, et humanitas ſaluatoris noſtri, non ex operibus iuſtitiæ q̃ fecimus nos,ſed ſecundũ miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. Pater eñ miſit filiũ ſuũ vnigenitũ ĩ hũc mũdũ,nõ vt iudicaret mũdũ,ſed vt ſaluaret̃ mũdus per ip̃m miſit hũc ſaluatorẽ mundi, qui eſt caput eccleſię et ſaluator corpis eius,q̃d et Samaritani De ſichar agnouiſſe videñt.

Eſa. 62. Zachar. 9. Micheæ. 7 Eſaiæ. 45. Eſa. 45 Oſee. 13. Iob. 18 Lucæ. 2 Titum. 2 1.Iohan. 4. Ephe. 5 Iohan. 4

Dicentes

Dicentes ad mulierẽ,ipſi audiuimus & ſcimus,quia hic eſt vere ſaluator mũ
di. Saluatoris autem nomen habet is,nam ad hoc venit in hũc mundum, vt
Matth.18 ſaluaret,ꝙ perierat,venit vt ſaluaretur mundus per ipſum,nec venit animas
Iohan.3 Lucæ.9. perdere,ſed ſaluare,prophetatum enim erat de illo,quod eſſet ille venturus,
Eſa.35 vt ſaluaret populum ſuum a peccatis eorum. Vnde ad hunc veluti ſaluato-
Matth.8. rem in naui clamant apoſtoli,dicentes:Domine,ſalua nos, perimus.Et filius
Lucæ.19. Acto.9 hominis venit quærere & ſaluũ facere quod perierat. Neq; eſt aliud nomen
ſub cœlo datum hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri,nam non eſt in
aliquo alio ſalus. Dat enim ille ſalutem cum nõ ſit ſalus in principibus,neq;
Prouer.2 Acto.16 in filijs hominum.Sed tota ſalus eſt in ſaluatore noſtro qui dedit ſalutem ab
omnibus inimicis noſtris qui nobis annũtiauit viam ſalutis.Et quia ſaluum
fecit populum ſuum a peccatis,vnde nomẽ eſt illi Ieſus.Sic enim angelus ait
Matth.1 ad Ioſeph:Q; in ea natum eſt,de ſpũ ſancto eſt,pariet aũt filium, & vocabis
nomen eius Ieſum,ipſe enim ſaluum faciet populum a peccatis eorum. Col-
ligimus itaq; ex his quæ iam dicta ſunt.Dominum noſtrũ propterea ſalua-
toris,& Ieſu nomẽ habere,ꝙ ipſe ſit ſalus noſtra, redemptio noſtra, ſalutare
noſtrum,propitiatio noſtra,& q̃d nos ſaluos fecit a peccatis noſtris.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vt tolleret peccata mundi. Cap.IIII.

Iohan.1 MIſit deus pater filium ſuum in hunc mũdum propter nos. Vnde Io
hãnes vidẽs Ieſum venientẽ ad ſe,ait:Ecce agnus dei,ecce qui tollit
Roma.3 peccata mundi.Nam in Adam peccauerunt, & egebãt gloria dei.
At ſicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes viuificabũtur.
Sumus aũt iuſtificati gratis per gratiam ipſius,per redemptionem quę eſt in
Chriſto Ieſu,quẽ propoſuit deus propitiatorem per fidẽ in ſanguine ipſius,
ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorũ.
Roma.4. Traditus eſt itaq; propter delicta noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationẽ
Roma.5 noſtram.Sicut enim in vnius delicto mors regnauit, & ſicut per inobedien-
tiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi,ita per vnius obedien-
tiam iuſti cõſtituti ſunt multi,vt ſicut regnauit peccatum in mortem,ita &
gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum dominũ
Roma.8 noſtrũ.Dominus enim deus noſter etiam proprio filio ſuo non pepercit,ſed
pro nobis omnibus tradidit illum.Eſt aũt Chriſtus dominus & ſaluator no
ſter,qui mortuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetũ.
Roma.14. Hic factus eſt nobis ſapientia,& iuſtitia,& ſanctificatio,& redemptio,hunc
1.Cor.1. ſolum,& crucifixum iudicauit Paulus ſe ſcire inter Corinthios, quod in illo
1.Corin.15 eſſent facti diuites .His Corinthijs tradidit idem Paulus . Quoniam Chri-
ſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas, & quia ſepultus
eſt,& reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas.Galathis vero ſcribens idem
Galat.1. apoſtolus teſtatur,quomodo Ieſus Chriſtus dederit ſemetipſum pro pecca-
tis no-

tis noſtris. Q; eriperet nos de præſenti ſeculo, neq; redemit(inquit)nos Chriſtus de maledictio legis factus pro nobis maledictũ. Vbi enim venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quid quod benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chro, & prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, & gratificauit nos, in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum. Facti quoq; ſumus prope in ſanguine Chriſti, qui aliquando longe eramus. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum, & per crucem interfecit inimicitias. Vnde teſtamenti noui mediator eſt, conſtitutus a deo iudex viuorum & mortuorũ, huic omnes prophetæ teſtimoniũ perhibẽt remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Et Petrus Iudæis prędicãs ait, q̃d per illum annuntietur remiſſio pctõrum. Quod & ipſe teſtari viſus eſt in cœna nouiſſima, quando diſcipulis ait: Hic eſt ſanguis noui teſtamẽti qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Chriſtus itaq; vnus pro omnibus mortuus eſt, conuiuificauit nos cum eſſemus mortui. Et eripuit nos de poteſtate tenebrarum, imo cum mortui eſſemus in delictis conuiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat, chyrographum decreti, quod erat contrariũ nobis. Et ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſeipſo. Venit enim in hunc mundum peccatores ſaluos facere, & regenerauit nos in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarceſſibilem conſeruatã in cœlis. In hoc enim apparuit charitas dei in nobis. Quoniam filiũ ſuũ vnigenitũ miſit deus in mũdum, vt viuamus per ipſum, miſit filiũ ſuũ propitiatorẽ pro peccatis noſtris. Ipſe eñi eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris aũt tãtum, ſed etiã pro totius mũdi, ipſe eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorũ, & princeps regũ terræ. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et fecit nos regnum et ſacerdotes, deo et patri ſuo, ipſi gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Galat.3. Galat.4 Ephe.1 Ephe.2. Hebr.12. Acto.10 Acto.13 2.Corin.5 Ephe.2 Coloſſ.1. Coloſſ.2 1.Timot.1. 1.Petr.1. 1.Iohan.4. Iohan.2 Apoc.1.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens exemplum, vt in bonis operibus ſequamur veſtigia eius. Cap.V.

SVnt prohdolor tẽporibus noſtris qui priores de paſſione Chriſti ſcripturas in hunc modum adulterare ſolent, quod Chriſtus paſſione ſua deleuerit omnia peccata noſtra, neq; phas, neq; neceſſe ſit, vt nos quippiam boni, vel cogitemus, vel faciam⁹, quibus aduerſatur primo loco quod ex ore Chriſti depromptum eſt. Chriſtus enim etſi crucẽ baiulauerit, & crucis ignominiam ſuſtinuerit, ita vt pacificauerit omnia per ſanguinem crucis,

Heb.12. Coloſſ.1. Coloſſ.2.

Galat. 5. Roma. 6. & chyrographum contrarium nobis affixerit cruci, tamen neceſſe eſt, vt & nos configamur cruci, ita vt viuat in nobis Chrũs, & vetus homo noſter ſit ſimul crucifixus, vt deſtruatur corpus peccati, & vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Qui em̃ ſunt Chriſti, carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitijs & cõcupiſcentijs, & hoc eſt q̃d etiã Chriſtus docuiſſe videtur, dicẽs: Si quis vult venire poſt Marci 8. Math. 10 me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã & ſequatur me, & qui nõ accipit crucẽ ſuã, & ſequitur me, nõ eſt me dignus, & qui nõ accipit crucẽ ſuã & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Oportet itaq; vt cum Simone illo Cyreneo veniẽti de villa portemus crucem poſt Ieſum. Et hoc eſt q̃d Iohan. 8 dñs ait: Si vos mãſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis. Dixit autẽ Iohan. 13. diſcipulis ſuis, vos vocatis me magiſter & dñe, & bene dicitis, ſum etenim Si ergo ego laui pedes vr̃os dñs & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplũ em̃ dedi vobis, vt queãdmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, nõ eſt ſeruus maior dño ſuo, neque apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum, ſi hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. Ecce vt imitationis præſcripſerit exemplũ nobis, vt quemadmodum ipſe fecit, & nos fa Math. 10. ciamus. Imo (inquit) ſi hæc feceritis, tunc beati eritis. Iam vero cũ non ſit diſcipulus ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper dominum ſuum, & ſi patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius. Si dominum & magiſtrũ perſequuti ſunt, et odio gratis habuerũt, etiã neceſſe erit, vt & nos Acto. 14 perſequutionis crucẽ ſubeamus ac ſuſtineamus. Per multas em̃ tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei. Propter q̃d & Paulus ait: Oẽs qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu perſequutionẽ patiuntur. Et queãdmodũ opor Lucæ. 24 tuit Chriſtũ pati, & ſic intrare in gloriã ſuam, quin potius quemadmodum Philip. 2 humiliauit ſemetipſum Chriſtus dominus et ſaluator noſter factus obediens 1. Theſſ. 5. Roma 6. vſq; ad mortem, mortem aũt crucis, ita et nos obedire oportet euãgelio dñi noſtri Ieſu Chriſti. Quicũq; enim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem ipſius baptizati ſumus, conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ, vt quomodo Chrũs ſurrexit a mortuis per gloriã patris, ita et nos in nouitate vitæ ambulemus. Si em̃ cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſic et reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, q̃d vetus homo ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato: ſi autem mortui ſumus cũ Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo, ſcientes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Q; enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autẽ viuit, viuit deo. Ita et vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu. Nõ ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius, ſed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viuentes, et membra veſtra arma iuſtitiæ deo.

Ex paſ-

Ex paſſione Chriſti vocati ſumus in libertatem modo ne demus libertatem hanc in occaſionem carnis. Cap. VI.

SVnt qui temporibus noſtris prædicare non ceſſant libertati donatos nos, nam veritas liberauerit nos. Propterea iuxta promiſſa eius vere liberi ſimus. Neq; vlli vel prælato, vel magiſtratui, ſiue etiam humanis præceptis obedire oporteat. Quod reuera peruerſum dogma multarum ſeditionum atq; rebellionum ſeminariũ fuit. At Paulus apoſtolus ſeruus Ieſu Chri de ea re ſic loquitur: Vos in libertatẽ vocati eſtis, tantũ ne libertatẽ in occaſionẽ detis carnis. Verũ eſt itaq; quod non ſumus ancillæ filij, ſed liberę qua libertate nos Chrũs liberauit, nec ſic eſſe nos liberos docuit Petrus, q̃ſi velamen habentes malitiæ libertatẽ, ſed ſicut ſerui dei. Quod latius explanauit apoſtolus Paulus hiſce verbis, ad eos qui Romę fuere, fratres, ſcribẽs: An ne ſcitis (inquit) quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Gratia autem deo quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis. Liberati autẽ a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt, nunc vero liberati a peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam, ſtipendia enim peccati mors, gratia autem dei vita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Et iterum: Charitas Chriſti vrget nos ęſtimantes hoc, quoniam vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro nobis om̃ibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Itaq; nos ex hoc neminem nouimus ſecũdum carnem. Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtũ, ſed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Chriſto noua creatura vetera tranſierunt. Ecce facta ſunt noua, omnia autem ex deo qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Quoniã quidem deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbũ reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Ecce qua modeſtia, qua deniq; obſeruatione paſſionem Chriſti docuerit & prædicauerit Paulus, perpetuo cauens, ne libertatem qua nos liberati ſumus quiſpiam alius in occaſionem carnis traheret. Errant ergo temporibus noſtris qui libertatem promittũt in occaſionem carnis, cum ipſi ſint ſerui corruptionis, a quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugien-

Iohan. 8 | Galat. 4 | 1. Petr. 2 | Roma. 6. | 2. Corin. 5 | 2. Petri. 2

tes coinquinatiões mũdi in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chri
ſti,his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora priori-
bus inquit Simon ille Petrus:Melius enim erat illis non cognoſcere viam iu
ſtitiæ,quam poſt agnitionem retrorſum conuerti,ab eo quod illis traditum
1.Iohan. 2. eſt ſancto mandato.Cõtigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad
ſuum vomitum,& ſus lota in volutabro luti.Proin non eſt facile credẽdum
omni ſpiritui,ſed probãdi ſunt ſpũs. Num ex deo ſint,ita docẽte & fideliſſi
me præmonẽte dilecto Chriſti diſcipulo: Colligitur itaq; ex his abominabi
lem eſſe doctrinã,qua paſſio Chriſti quæ fuit omnium acerbiſſima, prædi-
catur in occaſionem & licentiam carnis.

Sic libertati donati ſumus a Chriſto, vt nihilominus maiori- bus noſtris obedire oporteat. Cap.VII.

Philip.2 CHriſtus factus eſt pro nobis vſque ad mortem obediens.Et quidem
cum eſſet filius dei,neq; rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualẽ deo,
exinaniuit autem ſeipſum formam ſerui accipiens, & habitu inuen-
tus eſt vt homo,& didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiã,vt & nos caſtifi
1.Petri.1 2.Cor.10 cem⁹ animas noſtras,in obediẽtia charitatis,in fraternitatis amore, & vt glo
rificemus deum in obedientia.Docemur itaq; obedire deo,obedire veritati,
Roma.10 obedire deniq; verbo & euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ quidẽ
1.Regũ.15. Eccl.4 obedientia eſt multo melior q̃ victimæ,tenemur,et obedire hominibus. Sic
Roma.13 enim ſcriptura docet:Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.
Non eſt enim poteſtas,niſi a deo:quę autem ſunt a deo,ordinata ſunt.Itaq;
qui reſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit.qui autem reſiſtunt,ipſi ſibi dam
nationem acquirunt.Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.
Vis autem nõ timere poteſtatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa,dei
enim miniſter eſt tibi in bonum.Si autem malum feceris,time.Non enim ſi-
ne cauſa gladium portat:dei enim miniſter eſt vindex in iram, ei qui malum
agit,Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, nõ ſolum propter iram,ſed etiã propter
conſcientiam.Ideo enim & tributa præſtatis,miniſtri ẽm dei ſunt,in hoc ip-
ſum ſeruientes.Reddite ergo omnibus debita,cui tributũ,tributum:cui ve-
ctigal,vectigal:cui timorem,timorem: cui honorem, honorẽ. Nemini qd-
quam debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis.Quid quæſo Paulus ille magnus ma
giſter & doctor gentium potuiſſet,vel ſanctius, vel clarius docere aduerſus
eos qui ſub vmbra & falſa de Chriſti gloriatione contendunt ad hominem
Chriſtianum nihil pertinere,quod de poteſtatibus,aut quod de magiſtrati-
bus,ſcriptura,& omnes catholici docent.Sed lubet audire eum cui paſtorꝫ
princeps dominus noſter,oues ac agnos quaſi pro ſuo vltimo vale commẽ-
1.Petr.2 dauit.Ecce,ſic ait & docuit Petrus: Subiecti igitur eſtote omĩ humanæ crea
turæ propter deũ,ſiue regi,quaſi præcellenti,ſiue ducibus tanq̃ ab eo miſſis,
ad vin-

ad vindictam malefactorum,laudẽ vero bonorum, quia ſic eſt volũtas dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiã, quaſi liberi,& non quaſi velamen habentes,malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui dei,omnes honorate,fraternitatem diligite,deum timete,regem honorificate:ſerui,ſubditi eſtote in omni tempore dominis,non tantum bonis et modeſtis,ſed etiam diſcolis.Hæc eſt enim gratia, ſi propter dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſte.Quæ enim eſt gratia,ſi peccantes &colaphizati ſuffertis,ſed ſi benefacientes,patienter ſuſtinetis,hæc eſt gratia apud deum,in hoc enim vocati eſtis,quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum,vt ſequamini veſtigia eius.Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius:qui cum malediceretur,non maledicebat. cum pateretur,non comminabatur. Tradebat autem iudicãtibus ſe iniuſte, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus,cuius liuore ſanati eſtis.Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nũc ad paſtorem,& epiſcopum animarum veſtrarum.Iam auditis eccleſiæ columnis, Paulo quidem & Petro,nihil eſt quod iuſte obganniant,aut obtrudere poſſint aduerſarij hac mala & omnium ſeditioſiſſima imbuti opinione. Quid putas?Petrus cum Chriſto fuit in monte Thabor,fuit & in monte Olïueti,ſciebat quantum profuerit paſſio Chriſti. Ad gallicantum enim reſpexit illum dominus. At interea docet,vt obediamus. Et regi quaſi præcellenti, imo vt & ducibus tanquam ab eo miſſis obediamus,& ſubditi ſimus ab exemplo Chriſti, manifeſte docens Chriſtum paſſum eſſe pro nobis,& vt relinqueret exemplum nobis quo ſequamur veſtigia eius.Et in ſumma obediẽdum eſt omnibus,qui ex ordinatione dei præfecti ſunt nobis,oportet obedire præpoſitis noſtris. Etiam maxime his qui Acto.5. præſunt verbo,oportet obedire poteſtatibus. Oportet obedire deo, etiam Ephe.6 parentibus.Parentibus quippe non obedientes,digni ſunt morte. Oportet Coloſſ 3 obedire prælatis,& in eccleſia dei præpoſitis,& ſubiacere eis.Poſuit eñ quoſ Roma.1. dam apoſtolos,quoſdam prophetas,quoſdam paſtores,& doctores, epiſco Heb.13 pos & paſtores animarum noſtrarum, qui reddituri ſunt rationem pro no Ephe.4 bis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus noſtris. Oportet dein obedire dominis,neq; tantum bonis,&(vt dixi)modeſtis,ſed etiam diſcolis. Et ex præcepto domini iubemur dare Cæſari quæ Cæſaris Lucæ.20. ſunt.Et quemadmodum Paulus ſcribit ad Titum,inquiens: Admone illos Titum,3 principibus,& poteſtatibus ſubditos eſſe,dicto obedire. Vanum eſt itaque quod ad excitandas ſeditiones,& grauiſſimas cædes prohdolor nõnulli turbatores reipublicæ Chriſtianæ quotidie vulgo ignobili,& miſeræ plebeculæ inculcare non ceſſant.Prædicantes nos liberos eſſe, neque oportere Chriſtianum hominem cuiquam mortalium ſubditum eſſe. Nam ad obedientiã Chriſti erudimur & nos,vt demus deo quæ dei ſunt,& Cæſari quæ Cæſaris ſunt,ſimus ſubiecti om̃i humanæ creaturæ propter deũ,ſiue regi,quaſi præ 1.Petr.2

tellenti,ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis,imo vt obediamus, & obtemperemus,non modo bonis, ſed & diſcolis.

Chriſtus paſſus eſt in carne,non vt ſecundū carnem viuamus,ſed vt ſpiritu facta carnis mortificemus. Cap.VIII.

1.Petri.4. CHriſto inquit,& docet Petrus in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini,quia qui paſſus eſt in carne,deſijt a peccatis,vt iam non deſiderijs hominum,ſed voluntate dei, quod reliquū eſt,in carne viuat temporis.Sufficit enim præteritum tempus, ad voluntatem gentiū conſummandam,his qui ambulauerunt in luxurijs,deſiderijs,vinolētijs,comeſſationibus,potationibus,ebrietatibus,& illicitis idolorum cultibus,in q̄ admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionē,blaſphemantes qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos.Propter hoc enim,& mortuis euangelizatum eſt,vt iudicētur quidem ſecundum homines in carne, viuant autem ſecundum deum in ſpiritu, omnium autem finis appropinquabit.Eſtote itaq; prudentes,& vigilate in orationibus,ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuā habentes,quia charitas operit multitudinē peccatorum, hoſpitales inuicem ſine murmuratione.Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrum illā adminiſtrantes,ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur quaſi ſermones dei:ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat deus,vt in omnibus honorificetur deus per Ieſum Chriſtū, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.Paulus autem nihil (inquit) dānationis eſt his,qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.Lex enim ſpūs vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me a lege peccati & mortis.Nam quod impoſſibile erat legi,in quo infirmabatur per carnem, deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne,vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundū carnem ambulamus,ſed ſecundum ſpiritum. Qui enim ſecundum carnem ſunt,quæ carnis ſunt,ſapiunt:qui vero ſecundū ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt. Nam prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritus, vita & pax,quoniam ſapientia carnis, inimica eſt deo,legi enim dei non eſt ſubiecta,nec enim poteſt.Qui autem in carne ſunt,deo placere nō poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. Si tamen ſpiritus dei habitat in vobis.Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt,corpus quidem mortuum eſt propter peccatum:ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem.Q, ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis,habitat in vobis:q ſuſcitauit Ieſum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis. Ergo fratres debitores ſumus,non carni, vt ſecundum carnem viuamus. Si enim ſecundū

Roma.8. (margin)

cundum carnem vixeritis,moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortifica ueritis,viuetis. Sicut itaque portauimus imaginem terreni, portemus & ima ginem cœleſtis,quia caro & ſanguis,regnum dei poſſidere nō poſſunt. Sem per mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes,vt & vi ta Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Ieſum , vt et vita Ieſu manifeſtetur in carne no ſtra mortali. Habentes itaque promiſſiones has,mundemus nos ab omni in quinamento carnis & ſpiritus,perficiētes ſanctificationem in timore dei:cum enim eſſemus mortui peccatis,conuiuificauit nos in Chriſto,vt iam non ſe cundum carnem viuamus,ſed vt ſpiritu facta carnis mortificemus. Propter quod caſtigat Paulus corpus ſuum,& in ſeruitutem redigit,portatq; in cor pore ſuo ſtigmata domini noſtri Ieſu Chriſti. Quis iam iterum non videt in eo,quaſi vno ore duo luminaria Euangelij magna. Petrum quidem & Pau lum ad hoc totos intentos fuiſſe, vt Chriſti paſſio hac lege,& hac forma p̄dicaretur, vt & nos in carne viuentes, non ſecundum carnem viuamus, ſed ſecundum ſpiritum.

1.Cor.15. 2.Cor.4. 2.Cor.7. Ephe.2. 1.Cor.9.

Chriſtus pro nobis mortuus eſt,vt & nos morti ficemus deſideria carnis.

Cap. nonum.

EVm qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit,vt nos effi ceremur iuſtitia dei in ipſo. Mortuus eſt ille in carne,vt iam non ſecū dum carnem viuamus. Propter quod & ipſe idem apoſtolus ait: Fra tres,obſecro vos per miſericordiam dei,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentem,ſanctam,deo placentem,rationabile obſequium veſtrum. Et no lite cōformari huic ſeculo,ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri,vt pro betis,quæ ſit voluntas dei,bona et beneplacens,et perfecta. Et iterum Pau lus: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram , fornicationem, im munditiam,libidinem,concupiſcentiam malam & auaritiam,quæ eſt ſimu lachrorum ſeruitus,propter quę venit ira dei ſuper filios incredulitatis,in q̄ bus ambulaſtis,aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos om̄ia,iram,indignationem,malitiam,blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro,nolite mentiri inuicē,expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,& induentes nouum,eum qui renouatur in agnitionem dei,ſe cundum imaginem eius qui creauit eum: vbi non eſt Gentilis, & Iudæus,cir cumciſio, & præputium, Barbarus & Schyta,ſeruus & liber, ſed omnia in omnibus Chriſtus: Induite vos ergo ſicut electi dei ſancti, & dilecti viſce ra miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam , patientiam, ſup portantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis. Si quis aduerſus aliquem

2.Cor.5. Roma.12 Coloſſ.3

habet querelam,ſicut & dominus donauit vobis,ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete,quod eſt vinculum perfectionis,& pax Chriſti exultet in cordibus veſtris,in qua & vocati eſtis in vno corpe & grati eſtote. Sed & Romanis in hæc verba præſcripſit quid facto opus ſit. Mortificati

Roma. 7 enim eſtis(inquit)legi per corpus Chriſti,vt ſitis alterius,qui ex mortuis reſurrexit vt fructificetis deo. Cum enim eſſemus in carne,paſſiones peccatorum,quæ per legem erant,operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti. Nūc autem ſoluti ſumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt ſer

Roma. 6 uiamus in nouitate ſpiritus,& non in vetuſtate literæ. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentijs eius, ſed neq; exhibeatis membra veſtra,arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viuentes,& membra veſtra arma iuſtitiæ deo. Hæc eadem confirmat ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti Simon Petrus(qui Simon

1.Petri.3 Cæphas dicitur)his verbis. Qui vult vitam diligere,& dies videre bonos, coerceat linguam ſuam a malo,& labia eius ne loquantur dolum,declinet a malo & faciat bonum,inquirat pacem,& ſequatur eam, quia oculi domini ſuper iuſtos,& aures eius in preces eorum,vultus autem domini ſuper faciētes mala. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis, ſed & ſi quid patimini propter iuſtitiam ,beati. Timorem autem eorum ne timueritis,vt non conturbemini. Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris,parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationē de ea quæ in vobis eſt,ſpe & fide,ſed cum modeſtia & timore conſcientiā habentes bonam,vt in eo quod detrahunt de vobis confundantur, qui calumniātur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem. Melius eſt enim benefacientes(ſi voluntas dei velit) pati,quam malefacientes,quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt,iuſtus pro iniuſtis vt nos offerret deo,mortificatos quidem carne,viuificatos autem ſpiritu.

Paſſio Chriſti docet,vt declinemus a malo. Cap. X.

Hebr. 9. IN ea quæ legitur ad Hebræos epiſtola,Paulus ait: Chriſtus aſſiſtens pōtifex futurorum bonorum , peramplius , & perfectius tabernaculum non manufactum,id eſt,non huius creationis,neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum,ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum aut taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis , quanto magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit, immaculatum deo emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortis, ad ſeruiendum deo viuenti. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt , vt morte interceдente in redemptionem earum præuaricationum,quæ erant ſub priori teſtamento,repromiſſionem accipiant,qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

Vbi enim teſtamētum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Abijciamus Roma.13
itaq; opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sic vt in die honeſte ambu
lemus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impu-
dicitijs, non in contentione, & æmulatione. Sed induimini dominum Ieſum
Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Quippe modicum fer- 1.Cor.5.
mentum totam maſſam corrumpit. Expurgate ergo vetus fermētum, vt ſi-
tis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt
Chriſtus, itaq; æmulemur non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ
& nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Scripſi vobis in epiſtola,
ne commiſceamini fornicarijs. Non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut aua-
ris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus, alioquin debueratis de hoc mūdo
exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is qui frater nominatur,
inter vos ē fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiēs, aut maledicus, aut ebrio
ſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibū ſumere. Quid enim mihi de his qui
foris ſunt, iudicare? Nōne de his qui intus ſunt, vos iudicatis? Nam eos qui
foris ſunt, deus iudicat? Auferte malum ex vobiſipſis. Aut neſcitis, quia ini-
qui regnum dei non poſſidebunt. Nolite errare, neq; fornicarij, neque idolis
ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neque
fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum dei poſſi-
debunt. Et hæc aliquādo quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis,
ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei no-
ſtri. Omnia mihi licent, ſed nō omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed ego
ſub nullius redigar poteſtate. Eſca veſtri, & venter eſcis, deus autem & hunc
& hanc deſtruet. Corpus autem non fornicationi, ſed domino, & dominus
corpori. Deus vero & dominum ſuſcitauit, et nos ſuſcitabit per virtutē ſuā.
Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo mē-
bra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis, quoniam qui ad-
hæret meretrici, vnum corpus efficitur. Erūt enim (inquit) duo in carne vna.
Qui autem adhæret domino, vnus ſpūs eſt. Fugite fornicationē. Omne em̄
peccatum quodcūq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur in
corpus ſuum, peccat. An neſcitis, quoniam mēbra veſtra templum ſunt ſpi-
ritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis a deo, & nō eſtis veſtri. Empti em̄
eſtis pretio magno, glorificate & portate deum in corpore veſtro. Et vnum- 1.Cor.7
quemq; ſicut vocauit deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſijs doceo.
Circumciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputiū, in præputio aliquis
vocatus eſt, non circūcidatur. Circūciſio nihil eſt, & prēputium nihil eſt, ſed
obſeruatio mādatorum dei. Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea Ephe.8.
permaneat. Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber, ma
gis vtere. Qui em̄ in dn̄o vocatus ē ſeruus, libertus eſt dn̄i. Similiter q liber
vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. I.Petri.1.
Vnuſquiſq; ergo in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud deum. Ephe.5. Iohan.4

Eſtote

I.Iohan.15. Eſtote ergo imitatores dei,ſicut filij chariſſimi,& ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis,oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem,& omnis immunditia, aut auaritia,nec nominet̃ in vobis ſicut decet ſanctos,aut turpitudo,aut ſtultiloquium,aut ſcurrilitas quæ ad rẽ non pertinet,ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligẽtes,quod omnis fornicator,aut immũdus, aut auarus,quod eſt idolorum ſeruitus,non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis,propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino,vt filij lucis ambulate. Fructus em̃ lucis eſt in omni bonitate,et iuſtitia & veritate. Probantes qd ſit beneplacitũ deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum,magis autem redarguite.
Coloſſ.2. Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi,quid
1.Theſſ.4 adhuc tanq̃ viuentes in mundo decernitis. Nõ enim vocauit ille nos in immunditiam,ſed in ſanctificationem. Itaq; qui hæc ſpernit, non hominẽ ſpernit,ſed deum,qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis.
Heb.12 Deponentes itaq; omne pondus & circumſtans nos peccatum per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen,aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum,qui propoſito ſibi gladio ſuſtinuit crucem,confuſione cõtempta,atq; in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõtradictionẽ, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Pœnitentiã agite & cõuertimini,vt deleantur peccata ve-
1.Petr.2 ſtra. Deponẽtes omnẽ malitiã,& omnẽ dolũ,& ſimulationes, & inuidias,& omnes detractiones,ſicut modo geniti infantes rationabiles,& ſine dolo lac concupiſcite,vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamẽ guſtatis,qm̃ dulcis eſt dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuum ab hominibus quidẽ reprobatũ,a deo autẽ electum & honorificatum,& ipſi tanquã lapides viui ſuperædificamini domos ſpũales in ſacerdotium ſanctum,offerentes ſpiritales hoſtias acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum. Hæc omnia quæ nũc ex Paulo dicta & enume-
Matth.16 rata ſunt,fundamẽtum habent in eo,quod ipſemet docuit Chriſtus. Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere,perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me,inueniet eam. Quid enim prodeſt homini,ſi vniuerſum mundũ lucretur,animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis vẽturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& tũc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Et in Luca legitur: Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam quotidie & ſequat̃ me. Ecce quid dicat,quotidie oportet ferre crucẽ,& quotidie ſequi neceſſe eſt. Ex his itaq; ſacræ ſcripturæ locis capiunt cuncti Chriſtifideles,oportere a malo declinare, vitia fugere,deteſtari pctã,facere bonũ,& vitam in patientia agere.

Ex paſ-

Ex paſſione Chriſti non ſolum docemur declinare a malo, ſed & amplecti quodcunq; bonum. Cap.XI.

PAulus quoties meminit paſſionis Chriſti, fere ſemper conſueuit cõmemorare virtutes, & docere præcepta virtutũ. Sicut em̃ (inquit) in vno corpore multa mẽbra habemus: omnia aũt mẽbra nõ eundem actum habẽt, ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto: ſinguli aũt alter alterius mẽbra, habẽtes donationes ſecundũ gratiã quæ data eſt nobis differẽtes, ſiue prophetiam ſecundũ rationẽ fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docent in doctrina. Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate, dilectio ſine ſimulatione, odientes malũ, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicẽ diligentes, honore inuicem præuenientes. Solicitudine nõ pigri, ſpiritu feruẽtes, domino ſeruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Idipſum inuicem ſentiẽtes. Non alta ſapientes, ſed humilibus cõſentientes. Nolite eſſe prudẽtes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes: Et debemus nos firmiores imbecillitates infirmorũ ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſq; veſtrũ proximo ſuo placeat in bonũ ad ædificationẽ. Etenim Chriſtus nõ ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt: Improperia improperantium tibi ceciderũt ſuper me. Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Deus autẽ patientiæ & ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtũ, vt vnanimes vno ore honorificetis deum, & patrem dñi noſtri Ieſu Chriſti. Propter q̃d ſuſcipite (inq̃t) inuicẽ, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorẽ dei. Et ad Corinthios ſcribens, ait: Fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere dñi, ſcientes quia labor veſter non eſt inanis in dño. Ad Philip. aũt ſcribẽs, ait: Hoc ſentite in vobis, q̃d in Chriſto Ieſu, qui cũ in forma dei eẽt, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipm̃ exinaniuit formã ſerui accipiẽs in ſimilitudinẽ hominũ factus & habitu inuẽtus vt hõ, humiliauit ſemetipm̃, factus obediẽs vſq; ad mortem, mortẽ aũt crucis. Propter q̃d & deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ quod eſt ſuper om̃e nomẽ, vt in noĩe Ieſu omne genu flectat̃, cœleſtiũ, terreſtrium & infernorũ, & oĩs lingua cõfiteatur, quia dñs Ieſus Chrũs, in gloria eſt dei patris. Ita chariſſimi mei ſicut ſemp obediſtis, nõ in p̃ſentia mea tãtũ, ſed multo magis nunc in abſentia mea cum metu & tremore veſtrã ſalutem opera-

Roma.12.
Roma.15.
Roma.15.
1.Cor.15.
Philip.2.

operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona volũtate. Omnia autẽ facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij dei, ſine reprehẽſione, in medio natiõis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mũdo verbum vitæ cõtinentes. Petrus aũt in hæc verba ſcribit: Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, perfecti, ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in reuelationẽ Ieſu Chriſti quaſi filij obedientiæ, nõ configurati prioribus ignorãtiæ veſtræ deſiderijs, ſed ſecundũ eum qui vocauit vos, ſanctũ, vt et ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis, qm̃ ſcriptũ eſt: Sancti eritis, quoniã ego ſanctus ſum, & ſi patrem inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarꝫ iudicat ſecũdum vniuſcuiuſq; opus, in timore incolatus veſtri tẽpore conuerſamini. Scientes, q̃d non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditiõis, ſed p̃tioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati, præcogniti quidẽ ante mũdi conſtitutionẽ: manifeſtati aũt nouiſſimis tẽporibus propter vos qui per ipſum fideles eſtis in deo qui ſuſcitauit eum a mortuis, & dedit gloriã ei vt fides veſtra & ſpes eẽt in deo. Animas veſtras iuſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici, ex corde inuicẽ diligite, attentius renati, non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum dei viui et permanentis in æternũ. Et iterꝫ idẽ Petrus: Dñm Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem, omni poſcenti vos rationẽ de ea quæ in vobis eſt, ſpe, ſed cum modeſtia & timore cõſcientiã habẽtes bonã, vt in eo quod detrahũt de vobis, cõfundantur, qui calumniantur veſtrã bonã in Chriſto conuerſationẽ. Melius eſt enim vt benefacientes ſi voluntas dei velit pati q̃ malefacientes. Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt offerret nos deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

I. Petri. I.

Hæc obiter dicere et enarrare volui, vt aduerſarij virtutum ſciant, & cõprehendere poſſint, paſſionẽ Chriſti nõ modo prædicandã vt gaudeamus, delicta noſtra in Chriſto condonata eſſe nobis, ſed et vt virtutes & quodcũq; bonum amplectamur, & opere cõpleamus, qui hæc et his ſimilia ſtuduerunt prædicare, quemadmodum in eam ſententiã prædicatum eſſe didicimus, tũ a Chriſto, tum ab omnibus qui ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt dei homines, hi vere diſcipuli domini ſunt, & vero ſpũ dei agũtur. Contraria autẽ docentes, phanatico et erratili ducuntur ſpiritu.

Manifeſta ſunt ſcripturarꝫ teſtimonia p̃tinere ad hominẽ Chriſtianũ, pretioſo Chriſti ſanguine redẽptũ, vt operet̃ bonũ. Ca. XII.

Roma. 5.

HAbemus quidẽ pacẽ ad deum ex fide per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, per quẽ habemus acceſſum qui pro nobis impijs mortuus eſt. Sed nos ne denuo videamur crucifigere Chriſtũ debemus odire malum, &

lum,& adhærere bono,benedicere,& nõ maledicere, pretio em̃ magno em- Roma.12
pti ſumus,nõ corruptibili auro, neq; argẽto , ſed pretioſo ſanguine agni in- 1.Cor.7 1.Corin.10
contaminati & immaculati Chriſti. Is quidẽ vnus pro omnibus mortuus eſt
vt & qui viuunt,iam nõ ſibi viuãt,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt,nec vt am 2.Cor.5
bulemus ſicut & gentes ambulant in nouitate ſenſus ſui. Sed iuxta verbum Ephe.4.
Pauli:Deponite vos ſecũdum priſtinã cõuerſationem veterẽ hominem qui corrumpitur ſecũdum deſideria erroris. Renouamini aũt ſpũ mẽtis veſtræ, & induite nouũ hominẽ qui ſecundũ deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponẽtes om̃e mẽdaciũ,loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cum proximo ſuo,qm̃ ſumus inuicem mẽbra. Iraſcimini & nolite peccare. Sol nõ occidat ſuper iracundiã veſtrã. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabatur,iam nõ furetur:magis autẽ laboret operando manibus ſuis,quod bonũ eſt,vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.. Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat,ſed ſi quis bonus ad ædificationẽ fidei,vt det gratiam audiẽtibus. Et nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctũ dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo,& ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Eſtote aũt inuicem benigni,miſericordes donãtes inuicem,ſicut & deus in Chriſto donauit vobis.
Quicũq; ergo perfecti ſumus,hoc ſentiamus:& ſi quid aliter ſapitis,& hoc Philip.3
vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus vt idem ſapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei eſtote fratres,& obſeruate eos qui ita ambulant,ſicut habetis formam noſtrã. Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis,nunc aũt et flens dico inimicos crucis Chriſti,q̃rum finis interitus,quorum deus venter eſt. Et gloria cõfuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. Noſtra aũt cõuerſatio in cœlis. Vnde etiam ſaluatorẽ expectamus dñm noſtrum Ieſum Chriſtum,qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratũ corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationẽ virtutis ſuæ,
qua etiam poſſit ſubĳcere ſibi omnia. Nã ille eripuit nos de poteſtate tene- Coloſſ.1.
brarum,et tranſtulit in regnum filĳ dilectionis ſuæ,in quo habemus redemptionem et remiſſionẽ peccatorum. Qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ,quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis,et in terra,viſibilia et inuiſibilia,ſiue throni, ſiue dominationes,ſiue principatus ſiue poteſtates. Omnia per ipſum et in ipſo creata ſunt,et ipſe eſt ante omnes, et omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ,qui eſt principiũ primogenitus ex mortuis,vt ſit in omnibus ipſe primatũ tenẽs,quia in ipſo complacuit omnẽ plenitudinem diuinitatis inhabitare,et per eum reconciliari omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Et vos cum eſſetis aliquando alienati,et inimici ſenſu in operibus malis:nunc aũt reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos ſanctos et immaculatos,et irreprehẽſibiles coram ipſo: ſi tamẽ permanetis in fide fundati,et ſtabiles,et immobiles, a ſpe euãgelĳ, quod au

diſtis quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt, cuius fa-ctus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſecũdum diſpẽſationem dei quæ data eſt mihi in vobis vt impleam verbũ dei: myſterium quod abſcon-ditum fuit a ſeculis & generatiõibus, nũc autem manifeſtum eſt ſanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ ſacramẽti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripiẽtes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia, vt exhibeamus omnẽ ho-minem perfectum in Chriſto Ieſu, in quo & laboro certando ſecũdum ope-rationem eius quã operatur in me in virtute. Proin de cætero fratres roga-mus vos & obſecramus in domino Ieſu, vt quemadmodum accepiſtis a no-bis, quomodo oporteat vos ambulare & placere deo, ſic & ambuletis vt a-bundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Ie ſum. Hæc eſt enim volũtas dei, ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos a forni catione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & ho nore: non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorãt deum. Et ne quis ſupergrediatur, neq; circũueniat in negotio fratrẽ ſuum, quoniã vindex eſt dominus. De his omnibus ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. Nõ enim vocauit nos deus in immunditiam, ſed in ſanctificationẽ. Itaq; qui hęc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuũ ſanctũ in nobis. De charitate autem fraternitatis nõ neceſſe habuimus ſcribere vo-bis. Ipſi enim vos a deo didiciſtis, vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. Ecce q̃ clare docet apoſtolus: Paſſio-nem Chriſti ſic prædicãdam, vt omnia in ædificationẽ, & nõ deſtructionem fiant. Sciant deniq; cũcti in Chriſto crucifixo, multa homines diſcere, & ma xime quod vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt euacuetur corpus pec cati, & vltra nõ ſeruiamus peccato. Vnde de ſeipſo dicit: Mihi aũt (abſit glo riari) niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifi-xus eſt, & ego mũdo. Proinde attendãt & videãt, queãdmodũ docetur atq; diſcatur Chrũs crucifixus, & ad eius crucẽ nouerint pertinere, quod etiam nos in eius corpore crucifigimur mũdo, vbi intelligitur om̃is coertio malarũ cõcupiſcentiarũ, ac per hoc fieri nõ poteſt, vt eis qui cruce Chriſti informantũ profeſſa adulteria ꝑmittãtur. Nã & apſus Petrus de ſacramẽto ipſius crucis, hoc eſt paſſionis Chriſti admonet, vt qui ea cõſecrãtur peccare deſiſtant ea cogitatione armamini, qa qui mortuus eſt carne, deſijt peccare, vt iam nõ ho minum deſiderijs, ſed voluntate domini dei, reliquum in carne viuat.

Roma. 6
1. Cor. 1.
Gala. 6

Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab om̃i ini-quitate. Et mundaret ſibi populum acceptabilem, ſecta-torem bonorum operum. Cap. XIII.

Fidelis

FIdelis reuera ſermo,& omni acceptiõe dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Redemit quidem nos ille pretioſo ſanguine ſuo,vt faceret ſibi acceptum populum ſectatorẽ bonorum operum,hæc docere,& hæc exhortari præcepit Paulus quando ſuo Tito præſcripſit prædicandi regulas. At nõ ſolum Tito præſcripſit hũc prædicationis & contionandi rationem & modum, ſed & in omnibus fere epiſtolis Pauli videre & deprehendere datur, vt poſt paſſionem Chriſti dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes. Scribit enim Corinthijs, vt abundẽt in omni opere domini,& vt abundent in omne opus bonum,vt nihil mali faciant,ſed quod bonum eſt,faciant. Ad Epheſios in hæc verba ſcribit: Ipſius factura ſumus creati in Chriſto Ieſu,in operibus bonis, quæ præparauit deus,vt in illis ambulemus. Ad Philippenſes mittens epiſtolam,cõfidit quod qui cœpit in illis,opus bonum perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu. Et Theſſalonicenſibus optat, vt dominus noſter Ieſus confirmet eos in omi opere,& ſermone bono. Timotheum erudiens in hæc verba ſcribit,vt obſecrationes et orationes pro regibus & omnibus hominibus fiant,& vt quietam et trãquillam vitam agamus. Hoc eſt bonum opus & acceptum coram ſaluatore noſtro deo. Commẽdat et illi mulieres promittentes pietatem per bona opera,vnde non ſinit in viduam eligi,niſi eam quæ in operibus bonis, teſtimonium habeat: & omne opus bonum ſubſequuta fuerit. Tũc autem fieri vas in honorem ſanctificatum,& vtile domino ad omne opus bonum, paratum ſi ſe emundauerit. Tito ſcribens, taxat eos qui confitentur ſe noſſe deum,factis autem negant. Cum ſint abominati et incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi,et ne ſit talis ipſe Titus iniungit illi,vt omnibus ſeipſum præbeat exemplum bonorum operum. Docetq; preterea Chriſtum ſemetipſum dediſſe pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate,& mũdaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorum operum. Admone (inquit) illos,principibus et poteſtatibus ſubditos eſſe,dicto obedire ad omne opus bonum,paratos eſſe,vt curẽt bonis operibus, præeſſe qui credũt deo. Ea quę hic dicit Paulus,ſunt bona et vtilia hominibus,diſcant inquit noſtri præeſſe ad vſus neceſſarios,vt nõ ſint infructuoſi. Philemoni ſcribẽs optat, vt fides illius fiat euidẽs in agnitione omnis operis boni. Iã vbi ſunt Paulini noſtrorum temporum,in quos per pythagoricam illam metempſichiam rediſt,ſpiritus Pauli,qui prædicare audent in via Pauli ſufficere ſolam fidem, neq; Paulo vnquam fuit curæ,docere bona opera. Cum tamen nihil tam ſedulo,tamq; diligenter prædicauerit(aut ſi malueris,inculcauerit)quàm ipſa bona opera. Laudatur in Ioppe diſcipula quædã nomine Thabita, quæ interpretata dicitur Dorcas,quod hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Et Cornelius vir bonus, religioſus,& timens deum, faciens eleemoſynas multas & deprecans deum ſemper,laudatur a bonis operibus,ita vt aperiens Petrus os ſuum dixerit,in veritate comperi, quod non

[Margin notes: 1.Timot.1. — Galat. 6 / 1.Cor.15. / 2.Cor.9. — Ephe.2. — Philip.1 — 2.Theſſ.2 / 1.Timot.2 — Ibidem. — 2.Timo.2 — Titum.2 — Ibidem — Titum.3 / Ibidem. — Ad Philemonẽ cap. vnico. — Acto.9 — Acto.10]

ſit perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente, qui timet deum, & operatur iuſtitiã, acceptus eſt illi. Quod ſi quis viderit ea, quæ Simon Petrus ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti, ſcripſit electis aduenis diſperſionis, Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Aſiæ, Bithiniæ, videbit nõ minori ſolicitudine curaſſe Petrum, vt bonis intendamus operibus. Scribit enim in hęc verba: Chariſſimi, obſecro vos tãquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam de maleſactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent deum in die viſitationis. Ecce vt diſcipulus pulchre quadrat cum his quæ prædicauit magiſter eius Chriſtus. Sic enim docuit vnus magiſter omnium: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

1. Petr. 2

Matth. 5

Auguſtin⁹ Sed ſemel audiamus in hac re, quid probet aut reprobet diuus Aurelius Auguſtinus. Apoſtolus Petrus inquit quum loqueretur, de his quæ in occaſionem carnis acceperant, & in velamẽtum malitiæ quod ſcriptum eſt. Nos ad nouum teſtamentum pertinentes, non ancillę filios eſſe, ſed libere, qua libertate Chriſtus nos liberauit, & putauerunt hoc eſſe, libere viuere, vt tãquam de tanta redemptione ſecuri quicquid liberet, licere ſibi arbitrarent͂, non intuentes quod dictum eſt: Vos in libertatem vocati eſtis fratres, tamen ne libertatem in occaſionem carnis detis. Vnde & ipſe Petrus dicit, liberi non ſicut velamentum malitiæ habentes libertatem, ait de illis, & in ſecunda epiſtola ſua: Hi ſunt fontes ſicci & nebulæ a turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruata eſt, ſuperba enim vanitatis loquentes, illiciunt in concupiſcentijs carnis impudicitiæ eos qui paululum effugerunt, in errore conuerſati, libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis deuictus eſt, huic eſt ſeruus, huic & addictus eſt. Si enim refugiẽtes coinquinationes mũdi, in agnitionem domini noſtri & conſeruatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implexi ſuperantur, facta ſunt illis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam cognoſcentibus retrorſum reflecti, a tradito ſibi ſancto mandato. Contigit enĩ illis res veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuũ vomitũ, & ſus lota in volutabro cœni. Quid adhuc promittitur contra iſtam manifeſtiſſimã veritatem, conditio melior, his qui cognouerunt viam iuſtitiæ, hoc eſt dominum Chriſtum & perdite viuunt, quaſi omnino nõ cognouiſſent, cum apertiſſime dicatur, melius erat illis non cognoſcere, viam iuſtitiæ quam cognoſcentibus retrorſum reflecti a tradito ſibi ſancto mandato. Quomodo nunc ergo, vel qua conſcientia magiſtri noſtrorum tempor⁊ prædicare poterunt, poſt paſſionem Chriſti nõ oportere quippiam operari boni ſine dubio, rurſus in ſemetipſis Chriſtum crucifigentes, & deriſui dantes.

Compati oportet,ſi conglorificari velimus cum Chriſto. Cap.XIIII.

PAulus qui cæteris apoſtolis frequentior eſt in enarrandis ĳs quæ ad
paſſionem Chriſti pertinent, inter cætera ſcribit: Si mortui ſumus
cum Chriſto, credimus,quia ſimul etiam viuemus cum illo. Si com- Roma.6
patimur,conglorificabimur,ſcientes ſicut ſocĳ paſſionum ſumus, ſic erimus Roma.8. 2.Cor.1
& conſolationis.Si commortui ſumus & cõuiuemus.Si ſuſtinebimus & cõ- 2.Timo.2
regnabimus,iuſtificati enim gratia ipſius hæredes ſumus ſecundum ſpem vi- Titum.3 1.Petr.3
tæ æternę.Chriſto itaq; in carne paſſo,vtile fuerit atq; neceſſe,vt & nos ea-
dem cogitatione armemur,vt pote compatiamur,ſi glorificari conregnare,et
cohæredes eſſe velimus.Exiſtimo aũt non eſſe condignos paſſiones huius Roma.8.
temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis,oculus enim non vi- 1.Cor.2
dit,nec auris audiuit,nec in cor hominis deſcendit,quæ præparauit deus di-
ligentibus ſe.Toto itaq; cœlo errant,qui tripudiandum,ridendum & cũ Iſ-
raelitis ad vitulum aureum ſaltandum eſſe putant,ſi quando de paſſione,de
vulneribus, flagellis, corona,plagis,de effuſione ſanguinis Chriſti,prædica-
tiones fiant,quaſi factis huiuſmodi leuiſſimis & ſcurrilibus ſe hæredes,& co-
hæredes regni dei & participes facere poſſint.Sed non ſic impĳ non ſic.Ar- Pſal.1.
bitror ego pro mea ſententia ſatis ſuperq; ad præſens declaratum eſſe,vt to-
ta paſſio Chriſti nobis omnibus exemplo ſit,quo operemur aſſidue bonum
ad omnes,etiã nõ deficientes omni tẽpore,& q̃diu ſpũs hos rexerit artus.

ARGVMENTVM TERTII LIBRI.

E Solidis vtriuſq; teſtamenti ſcripturis docetur in tertio libro,non modo credendum & audiendum,ſed & faciendũ eſſe bonum.Quippe hoc velit lex Moyſi,præcipiatq́; ſub Euangelio dominus grauiſſimis,& ſententĳs,& parabolis.Quodq́; ſicut in veteri teſtamento bonorum operum retributio fuit,ita ſub nouo teſtamento,multo meliores promiſſiones ſint.Quodq́; ab exemplo bonorum & piorum hominum ſit faciendum bonum.Vitandum autem omne malum,quodq́; omnino ad hominem Chriſtifidelem pertineat,iugiter laborare & operari,nec otioſum eſſe,quin potius benefacere dies ac noctes, deo ſeruire,& quidẽ fide non ficta.Tum demum quoq; vigilare,& quærere oporteat;daturus enĩ ſit dominus, vnicuiq; ſecundum opera eius,ſiue quis bonum,ſiue quis malum egerit. Quiſquis autem bonũ egerit,vt ſit accepturus benedictionem & miſericordiam,& tandem à deo ſalutari ſuo,vitam & ſalutem.Tractatur etiam in eodem libro,vt non modo proprium,ſed & alienum meritum proſit & vtile ſit homini Chriſtiano,& hæc omnia firmantur,non ſophiſticis tricis aut nenĳs,ſed maxime ex verbo dei, quod os domini loquutum eſt, & quod ſpiritu ſancto inſpirati,loquuti ſunt dei homines.

Non ſolum credendum & audiendum, ſed faciendum eſt bonum.

CAPVT PRIMVM.

SVnt qui putant falſo tamen errore decepti, ſufficere vel
audire, vel credere legem. Et verbo dei, nec facto opus
eſſe, huic autem errori contrarium eſt, q̄d in teſtamento
Leuitic. 18 veteri toties pręcepta faciendi data ſunt. Dicit enim do-
minus: Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis,
Leuitic. 21 & ambulabitis in eis. Et iterū: Cuſtodite præcepta mea,
& facite ea, ego dominus ſanctifico vos. Et Moyſes cō-
Deute. 4 memorans populo, quæ præceperit ei dominus, inter cætera ait, ſcitis q̄d do-
cuerim vos præcepta atq; iuſtitias, ſicut mādauit mihi dominus deus meus.
Sic facietis ea in terra quā poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis & implebitis ope-
Deute. 5 re. Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit dominus deus vobis. Hæc ſunt
Deuter. 6 præcepta & cerimoniæ, atq; iudicia quæ mandauit dominus deus veſter, vt
docerem vos, vt faciatis ea in terra. Ad quam trāſgrediemini poſſidēdam, vt
timeas dominū deum tuū, & cuſtodias omnia mādata & præcepta eius quę
ego præcipio tibi, et filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt pro-
longentur dies tui. Audi Iſrael et obſerua, vt facias quæ pręcepit tibi dñs, &
bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt dñs deus patrū tuo-
rum tibi terram lacte & melle manātem. Audi Iſrael. Dñs deus veſter, deus
vnus eſt. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, et
ex fortitudine tua. Eruntq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in cor-
de tuo, et narrabis ea filijs tuis, et meditaberis ſedēs in domo tua, et ambulās
in itinere dormiēs atq; conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua,
eruntq; et mouebuntur inter oculos tuos, ſcribeſq; ea in limine et oſtijs do-
mus tuæ. Cuſtodi p̄cepta dñi dei tui, ac teſtimonia, et cerimonias quas præ-
Deuter. 10 cepi tibi, et fac quod placitū eſt, et bonū in cōſpectu dñi. Et nunc Iſrael quid
dñs deus tuus petit a te, niſi ut timeas dominū deū tuum, et ambules in vijs
eius, et diligas eum, ac ſeruias domino deo tuo, in toto corde tuo, et in tota
anima tua, cuſtodiaſq; mandata domini, et cerimonias eius quas ego hodie
præcipio tibi, vt bene ſit tibi. En domini dei tui cœlum eſt, et cœlū cœli, terra
et omnia quæ in ea ſunt, et patribus tuis conglutinatus eſt dominus, et ama
uit eos, elegitq; ſemen eorum poſt eos, id eſt, vos de cunctis gentibus, ſicut
Deute. 24 hodie comprobatur. Obſerua diligenter, ne incurras plagam lepræ. Sed fa-
Deuter. 32 cies quæcunq; docuerint te ſacerdotes leuitici generis, iuxta id q̄d præcepi
eis, et imple ſolicite. Cæterum, ponite corda veſtra in omnia verba mea, quę
ego teſtificor vobis hodie, vt mandetis ea filijs veſtris cuſtodire et facere,
& implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt in volumine legis huius, quia non in-

caſſum

caſſum præcepta ſunt vobis,ſed vt ſinguli in eis viuerêt,quæ facientes longo perſeueretis tempore in terra, ad quam Iordane tranſmiſſo ingrediminí poſſidendam. Hæc ex pentatheuco Moyſi. Cęterū quādo mortuus eſt Moyſes fidelis ſeruus in tota domo dei,factum eſt vt loqueretur dominus ad Ioſue filium Nun,miniſtrū Moyſi,& diceret ei: Moyſes ſeruus meus mortuus eſt. Confortare & eſto robuſtus valde, vt cuſtodias & facias omnē legem quam pręcepit tibi Moyſes ſeruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram vel ad ſiniſtram,vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo,ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam & intelliges eā. Ecce præcipio tibi,confortare & eſto robuſtus Noli metuere & noli timere quoniam tecum eſt dominus deus tuus in omnibus ad quæcūq; perrexeris. Generale itaq; eſt ad Moyſen quæcūq; dicta ſunt,propterea dicta eē vt p̄cepta quæ præcepiſſet deus nō ſegniter,ſed ſedulo facerēt,& opere complerent filij Iſrael. Solomon ille ſapiētiſſimus omnium qui etiam in ſublimitate regia nō eſt grauatus contionatoris obire officium,inter cætera præmonuit dicēs: Quodcūq; facere poteſt manus tua,inſtanter operare. Per Michæam ſic dominus ait: Indicabo o homo,quid ſit bonum, & quid dominus requirat a te vtiq; facere iudiciū,& diligere miſericordiā,& ſolicitū ambulare cum deo tuo. Tale quid etiam per Zachariam ait: Iudiciū verum iudicate, & miſericordiam facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo,& viduam,et pupillum,& aduenam,& pauperem nolite calumniari,& malum,vir fratri ſuo nō cogitet in corde ſuo. Sexcenta ſunt huius generis præcepta dei,quibus continuo præcipit,et mādat dominus,vt ſedulo faciant,& mandata operibus compleant. Proin tot repetitis vicibus legitur,fac,facite,ſic facietis,e qbus manifeſte cognoſcit quiſquis ſenſum habet et mentem,hoc voluiſſe dn̄m,vt Iſraelitæ nō modo legerent et audirent præcepta, ſed et vt facerent ea.

Ioſue. I. Eccl. 9 Micheæ. 6

Non modo lex Moyſi,ſed & euangelium præcipit,vt bonum faciamus. Cap.II.

Mira res,& plane præſtigium Satanæ magnum,temporibus noſtris eſſe nōnullos qui prædicare nō formidāt. Iſraelitis,& qui ſub lege veteri vixerunt præceptum fuiſſe vt bonū facerent. Sed nihil tale ſub euangelio q̄d facto opus ſit cōtineri,quibus primo loco Iohānes Baptiſta prædicās in deſerto Iudeæ,ſancta ſua prædicatione totus aduerſari videtur. Sic enim docet ille: Pœnitentiam agite,appropinquabit eīm regnum cœlorum. Hic eſt enim de quo dictū eſt per Eſaiam prophetam,dicētem: Vox clamātis in deſerto,parate viam dn̄i,rectas facite ſemitas eius. Ipſe aūt Iohānes habebat veſtimentū de pilis camelorū,et zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erant locuſtæ, et mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eum

Matth. 3 Eſaiæ. 40

Hieroſolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabā
tur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua. Videns aūt multos phariſæorꝫ
& Sadduceorꝫ veniētes ad baptiſmū ſuū, dixit eis: Progenies viperarꝫ, quis
demonſtrauit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignū pœni-
tentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, patrē habemus Abraham. Dico em̄ vo
bis, quoniā potēs eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Iā em̄ ſe-
curis ad radicē arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ nō facit fructū bo-
num, excidetur, & in ignē mittetur. Ecce vox in deſerto prædicat agendam
eſſe pœnitētiam, parādam viam dn̄i, rectas faciendas eſſe ſemitas eius, faciē-
dos eſſe fructus dignos pœnitētiæ, & quod arbor quæ nō fecerit fructū bo
num, excidetur. Erat aūt ille præcurſor dn̄i, & prima euangelij tuba, & vox
vſqꝫ adeo ſonora, vt ad hanc audiendam exierit Hieroſolyma, & omnis Iu-
dæa, atqꝫ omnis regio, quæ fuit circa Iordanem. Nō erat is arundo deſerti, q̄
vento agitatur, hinc inde neqꝫ veſtitus erat mollibus, queadmodū qui ſunt
in domibus regū. Sed erat ille propheta altiſſimi, & plus q̄ propheta, qui &
præiuit ante faciem dn̄i. Ipſe dn̄s incipiens prædicare ſimili modo exorditur
Math. 4. ab eo, quod pœnitētiam agerēt, & fructus pœnitētiæ dignos facerent. De p̄-
ceptis aūt opere perficiendis, ait: Si vos feceritis om̄ia quæ præcepta ſunt vo
Marci. 3 bis, dicite, ſerui ſumus inutiles, quod debuimus facere, fecimus. Dein qui fece
rit (inquit) voluntatem patris mei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.
Et in cœna diſcipulis ait, tunc vere diſcipuli mei eritis, ſi feceritis, quæ ego p̄-
Roma. 2. cipio vobis. Paulus apoſtolus inquit: Non auditores tantū legis, ſed facto-
Iacobi. 1. res iuſti ſunt apud deum. Proin Iacobus in canonica ſua ſic ait: Eſtote facto-
res verbi et nō auditores tantū fallentes voſmetipſos, quia ſi quis auditor eſt
verbi & non factor hic cōparabitur viro cōſideranti vultū natiuitatis ſuæ in
ſpeculo. Cōſiderauit enim ſe & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui
autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis & permanſerit in ea nō auditor
obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autē
putat ſe religioſum eſſe nō refrenās linguam ſuam, ſed ſeducēs cor ſuū, hu-
ius vana eſt religio. Religio mūda et immaculata apud deū et patrē hæc eſt,
viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorꝫ, et immaculatū ſe cuſtodire
ab hoc ſeculo. Sic loquimini, & ſic facite, ſcieti enim bonū facere, et nō facietī
Iacobi. 2 peccatū eſt illi. Si ſcitis, qm̄ iuſtus eſt dn̄s: ſcitote, qm̄ et omnis qui facit iuſti-
tiam, ex ipſo natus eſt. Omnis qui facit peccatum, et iniquitatē facit. Et pecca
I. Iohan. 3. tum eſt iniquitas, et ſcitis quia ille apparuit vt peccata tolleret, et peccatū in
eo nō eſt. Omnis qui in eo manet, nō peccat: et omnis qui peccat, nō vidit eū
nec cognouit eū. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſi-
cut et ille iuſtus eſt. Qui facit peccatū, ex diabolo eſt, quoniā ab initio diabo
lus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui
natus eſt ex deo, pc̄tm̄ non facit, quoniā ſemen ipſius in eo manet, et nō po-
teſt peccare, quoniam ex deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij dei, et filij

dia-

diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, nõ eſt ex deo, & qui nõ diligit fratrẽ ſuũ. Quoniam hæc eſt annũtiatio quam audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrũ. Non ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrẽ ſuũ. Et propter quid occidit eum, qm̃ opera eius maligna erãt, fratris aũt eius iuſta. Quapropter fratres magis ſatagite. In hoc eñ cognoſcimus, quoniã diligimus natos dei cum deũ diligamus, & mãdata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. Quoniã omne quod natum eſt ex deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra. Quis eſt autẽ qui vincit mundũ, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius dei, hic eſt qui venit per aquã & ſanguinem Ieſus Chriſtus. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciãt quod placitum eſt illi. Quis itaq; non videt palam & in profeſſo eſſe, etiam ſub euangelio oportere facere bonum, quod toties præceptum eſt.

2. Petri. ſ. I. Iohan. 5. Apoca. 17

Faciendum eſſe bonũ nõnullis parabolis & ſimilitudinibus docuit Chriſtus. Cap. III.

PRophetatum erat de Chriſto, cum veniret ille, eſſet aperturus in parabolis os ſuum, id quod factũ eſſe, paſſim ſacri euangelij ſcriptores tradidere nobis. Parabola eñ de quadruplici ſemine, quid aliud docet q̃ vt hoc ſemen, quod eſt verbũ dei, & ceciderit ſecus viam ſupra petram aut inter ſpinas nõ ferẽs, neq; faciens fructũ, nihil vel laudis, vel beneplaciti habet apud deũ. Dũtaxat hoc ſemen cõmendatione dignũ eſt. Quod cadit in bonam terrã, & ſignificat eũ qui audit verbũ, & intelligit, & fructũ affert, & facit aliud quidem centeſimũ, aliud aũt ſexageſimũ, aliud vero triceſimũ. Huc tendere videtur parabolæ boni ſeminis, zizaniorũ, de grano ſinapis, de fermento mulieris, de theſauro abſcondito, de negotiatore quærenti bonas margaritas, de ſagena miſſa in mare, de ſcriba docto, de decẽ virginibus, de creditis talentis. Ex quibus parabolis & ſimilitudinibus omnibus, quiſquis intellectũ captiuauerit in obſequium Chriſti, inueniet luce meridiana clarius illis parabolis & ſimilitudinib⁹ aliud nihil voluiſſe Chriſtum q̃ vt declinemus a malo, & faciamus bonum. Hinc eſt quod poſt recitatas parabolas aliquas, in edifferendo p̃cepta de benefaciendo ſubinfert Chriſtus, & hoc modo fecit in parabola boni ſeminis & zizaniorũ, dicẽs: In cõſummatione ſeculi, mittet filius hominis angelos ſuos, & colligẽt de regno eius oĩa ſcandala, & eos qui faciũt iniquitatẽ, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium, tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol. Et tale quid colligit in ſimilitudine ſerui qui noluit cõmiſereri cõſeruo ſuo, dicẽs: Sic pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Et alibi: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddẽt ei fructũ temporibus ſuis. Et aduerſus eum qui non habebat veſtem nuptialẽ

Pſal. 77. Matth. 13. Marci. 4 Matth. 13 Lucę. 13 Matth. 25. Matth. 13 Matth. 18.

bonorum operum,dixit rex miniſtris:Ligatis manibus & pedibus,mittite eũ in tenebras exteriores,ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et virginibus ſtultis reſpondit rex:Amen dico vobis,neſcio vos. Quæ quidem omnia argumẽto,& quidem certiſſimo ſunt,propterea dictas eſſe parabolas & ſimilitudines,ꝙ his noluerit Chriſtus docere & ſtatuere opera bona,& beatus erit ille

Matth.24 ſeruus quem cum venerit dominus,inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis,ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Omnibus pie Chriſto credentibus,vna de faciẽdis operibus pdicatio Chriſti,q̃ ſcripta eſt Matth.vij.ca. ſufficientiſſima ẽ. Cap.IIII.

VIdentur mihi magnã iniuriã inferre euãgelio Chriſti, qui putant in euãgelio nõ doceri vt bonũ faciamus. Nã in ea prædicatione quã fecit Ieſus in monte ſi finem ſpectemus,& quid quaſi pro ſuo vale dederit,tũ apoſtolis,tum turbis, videre licet illũ in hæc prædicaſſe verba.

Matth.7 Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ. Intrate per anguſtã portã,quia lata eſt porta, & ſpacioſa via eſt quæ ducit ad perditionẽ,& multi ſunt qui intrant per eam. Quoniã anguſta porta & arta via eſt quæ ducit ad vitã, & pauci ſunt qui inueniũt eam. Attendite a falſis prophetis qui veniũt ad vos in veſtimẽtis ouiũ,intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces,a fructib⁹ eorum cognoſcetis eos. Nũquid colligũt de ſpinis vuas,aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona,fructus bonos facit:mala aũt arbor,malos fructus facit. Non poteſt aũt arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ,excidetur & in ignẽ mittetur,igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine dñe,intrabit in regnũ cœlorum,ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt,ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicẽt mihi in illa die,domine dñe,nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus,& in nomine tuo virtutes multas fecimus,& tũc cõ

Matth.24. fitebor illis,quia nunq̃ noui vos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea,aſſimilabitur viro ſapienti,qui ædificat domũ ſuam ſupra petrã,& deſcendit pluuia, & venerunt flumina,& flauerunt venti,& irruerũt in domum illã,& nõ cecidit. Fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc,& nõ facit ea,ſimilis erit viro ſtulto,qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam,& deſcendit pluuia,& venerũt flumina,& flauerunt venti, & irruerũt in domum illam & cecidit,& fuit ruina eius magna. Et factũ eſt cũ conſummaſſet Ieſus verba hæc,admirabanẽ turbæ ſuper doctrina eius. Erat eñ docens eos,ſicut poteſtatem habens,& non ſicut ſcribæ eorum & phariſæi. Hæc nõ mea,ſed Chriſti ſunt verba, quibus omnibus Chriſtifidelibus aperuit, nequaquam ſufficere fidem, ſed neceſſe ſit per anguſtam portam peruenire ad vitam.

vitam. Cæter**ꝫ** quum homo ſit arbor euangelica(ſic eñ in Bethſaida cæcus, vidit homines velut arbores ambulantes, marci. viij.) propterea oportebit, vt & illa faciat fructus bonos. Neque ſemper ſatis fuerit, vel dicere vel incla mare: dñe, domine, ſed facere voluntatem, hoc operaſ̃, intrare regnum cœlorum. Et quo magis voluntatis ſuæ declararet ſentẽtiam, ecce eum qui audit verba, & facit ea, aſſimilat viro ſapienti, qui domum ſuam ædificat ſuper petram, eum autem qui audit & non facit, parem facit viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam, neque contemnendum eſt, ꝙ omnes operarios iniquitatis a ſe diſcedere iubebit, ꝙ non nouerit illos, etiam ſi viuentes in ſuo nomine prophetauerint, dæmonia eiecerint, & multas virtutes fecerint. Accedit his, ꝙ in Euangelio præfertur ille filius, qui tandem fecit & opere cõpleuit quod iuſſerat pater. Sic enim ad principes ſacerdotum, & ſcribas ait: Quid vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios, ac accedẽs ad primũ, dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meam. Ille autem reſpondens ait: Nolo. Poſtea autẽ pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait: Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Ieſus: Amen dico vobis: quia publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Venit eñ ad vos Iohãnes in via iuſtitiæ & non credidiſtis ei. Publicani aũt & meretrices crediderunt ei, vos autem videntes, nec pœnitentiam habuiſtis poſtea vt crederetis ei. Iam & hoc loco palam ſit, exigi ab vnoquoq;, vt eamus in vineam, vt operemur, & voluntatem dei opere compleamus. Ad hoc inſtitutum etiam facit parabola, quæ ſcripta eſt Lucæ decimo capite: Homo eñ quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis, abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidã deſcenderet eadem via, vt viſo illo præteriuit. Similiter & leuita, quum eſſet ſecus locũ & videret eum, pertranſijt. Samaritanus autẽ quidam iter faciens, venit ſecus eum & videns eum, miſericordia motus eſt, Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleũ & vinum, & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum & curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunq; ſupererogaueris, ego quum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum: Et ait illi Ieſus: Vade & tu fac ſimiliter. Laudatur hic Samaritanus, & præfertur ſacerdoti atque leuitæ, dumtaxat ea ratione, ꝙ prætereuntes alij, nihil boni fecerint, aut impartiti ſint tam grauiter vulnerato. Samaritanus autem propterea laudatur ꝙ miſericordiã fecerit in illum, re eñ ipſa & ipſo facto, non ſola fide, vulnerati vulnera alligauit, oleum & vinũ illi infudit, in iumentum proprium poſuit, in ſtabulum duxit, curam egit, denarios ſtabulario dedit, & recompenſe promiſſa fecit atque ſpopondit. Inſuper ille legiſperitus qui interrogauerat, dicens: Magiſter,

Matth. 21

Lucæ. 10

ſter,quid faciẽdo vitã æternã poſſidebo? Qui audit dicentẽ ſibi dñm:Recte reſpõdiſti,hoc fac & viues. Item audit poſt enarratã parabolã,ſi forte non eſt hiſtoria:vade & tu fac ſimiliter. Ecce legiſperitus a faciendo ſumit interrogatũ,ſimul & de faciendo reſpõſum accipit, parabola quidẽ tota de faciendo eſt,& pceptũ Chriſti in faciẽdo cõſiſtit. In promptu itaq; eſt,parabolis & ſimilitudinibus e promptuario Chriſti,quaſi e ſacro gazophylatio acceptis,plene & abſolutiſſime probari,faciẽda eſſe bona opera,id qd vnuſquiſq; q profeſſus fuerit aut cõfiteri velit Chriſtũ,vbi Chriſti verbis fidẽ dederit atque illis diligẽter intenderit,fatebit̃,Nam quiſquis is fuerit, locupletiſſime deprehẽdet,in oĩbus parabolis & ſimilitudinibus,hoc vnicum & præcipuum voluiſſe & docuiſſe Chriſtũ, vt ad illius exemplum toti eſſemus bonis intenti & addicti operibus.

Facientibus bonũ certa eſt promiſſio vitæ æternæ. Cap. V.

FAcientibus bonũ,& non ſolam fidẽ cũ ſolarijs,& fidiſtis prædicantibus,facta eſt promiſſio vitæ æternæ,Nam vbi Iohãnes cœpit prædicare regnũ dei iuxta Iordanẽ, venerunt ad eum turbæ, venerunt publicani,venerunt & milites, & ſeorſim interrogabant omnes dicẽtes,&
Lucæ.3 ſciſcitantes,quid nos faciemus? Ipſe vero turbis reſpondit:Qui habet duas tunicas,det non habẽti,& qui habet eſcas ſimiliter faciat,publicanis reſpõdit,nihil amplius quam q conſtitutum eſt vobis faciatis, militibus autem ait neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Ecce quotquot ſub Iohanne qui de regno dei iam cœperãt eſſe ſoliciti,a doctrina factorum,& operum interrogare cœperunt, nihil autem de ſola fide reſponſum eſt illis,continuo vt faciant. Et hoc eſt quod a diebus Iohannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti,non violenti,neque ſomnolenti rapiunt illud. Tale quid interrogat quidã,dicẽs:
Matth.19. Magiſter bone,quid faciam,aut quemadmodũ in Matthæo legimus: Magiſter bone,quid boni faciam, vt vitam æternam percipiam, & ad præcepta facienda dirigitur,audit enim, ille. Si vis ad vitam ingredi,ſerua mãdata. Dicit illi,quę? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies,non adulterabis,non facies furtum,non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuũ, & matrem,diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sic de faciendo interro-
Actorum.2. gatur Petrus,poſteaq̃ enim prædicauit in Hieruſalem Ieſum quem crucifixerãt,auditores compuncti ſunt corde,& dixerũt ad Petrũ, & ad reliquos apoſtolos,quid faciemus viri fratres. Petrus aũt ad illos, pœnitentiã agite. Ecce quotquot ſub Iohãne,ſub Chriſto,ſub Petro,atque etiam ſub reliquis apoſtolis quæſierunt,quonam pacto, quave via poſſent aſſequi vitã & ſalutem æternam, audiunt,vt faciant, vt agant, vt operentur. Sed hac de re poſthac multo plura & profuſius.

Etiam

Etiam ſub Moyſe bonum facientibus certarum rerum promiſſio fuit. Cap. VI.

QVI mandata opere cõpleuerunt ſub lege, ſuas & certas promiſſiones habuerũt, Nam poſt tranſitũ maris rubri, quũ veniſſent in Marath filij Iſrael, conſtituit dñs deus Moyſi præcepta atq; iudicia, & ibi tentauit eum, dicens: Si audieris vocem dñi dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſq; omnia præcepta illius, cunctũ languorem quẽ impoſui in Aegypto, non inducã ſuper te. Ego enĩ ſum dñs deus ſaluator tuus. Iuxta montem Synai aũt ſic ait ad populum Si audieris vocem eius & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligentes te. Præcedetq; te angelus meus, & introducet te ad Ammorræum & Ethæum & Pherezæum Chananæumq; & Euæum & Iebuſæũ, quos ego conterã. Non adorabis deos eoꝝ, neq; coles eos. Nõ facies opera eoꝝ, ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eoꝝ. Seruietiſq; dño deo veſtro, vt benedicã panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatẽ de medio tui. Non erit infœcunda, nec ſterilis terra tua. Numeꝝ dierũ tuorum implebo. Terrorem meũ mittam in pcurſum tuum, & occidã omnem populũ ad quẽ ingredieris, Cunctorumq; inimicorũ tuorũ coram te terga vertam, emittens ſcrabrones prius qui fugabunt Euæum & Chananæum & Ethæum antequam introeas. Porro cuſtodite leges meas, inquit, atq; iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis, nõ declinabitis neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtram, per viã, quã præcepit dñs deus veſter, ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & prolongentũ dies veſtri in terra poſſeſſionis veſtræ. Et iteꝝ audi Iſrael & obſerua vt facias quæ pcepit tibi dominus, & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt dominus deus patrũ tuoꝝ tibi terrã lacte & melle manantem. Audi Iſrael, dominus deus veſter, deus vnus eſt. Et paulo poſt hæc ait dominus: Cuſtodi pcepta domini dei tui, ac teſtimonia, & ceremonias quas pcepi tibi, & fac qd placitũ eſt & bonũ in cõſpectu domini, vt bene ſit tibi, & ingreſſus poſſideas terrã optimã, de qua iurauit dominus patribus tuis, vt deleret oẽs inimicos tuos corã te, ſicut loquutus eſt. Quũ interrogauerit te filius tuus cras dicẽs: Quid ſibi volũt teſtimonia hæc & ceremoniæ atque iudicia quæ pcepit dñs deus noſter nobis? Dices ei: Serui eramus Pharaonis in Aegypto & eduxit nos dominus de Aegypto in manu forti, fecitq; ſigna atq; prodigia magna & peſſima in Aegypto cõtra Pharaonem & omnẽ domũ illius in cõſpectu nr̃o & eduxit nos inde, vt introductis daret terrã ſuper quã iurauit patribus nr̃is. Præcepitq; nobis vt faciamus oĩa legitima hæc, & timeamus dominũ deũ noſtrũ, vt bene ſit nobis cũctis diebus vitæ nr̃æ, ſicut eſt hodie. Eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus, & fecerimus oĩa pcepta eius corã domino deo nr̃o, ſicut mandauit nobis. Et ponite corda veſtra in oĩa verba mea, q̃ ego teſtificor vobis hodie vt mandetis & filijs veſtris cuſtodire & facere, & implere vniuerſa q̃ ſcripta ſunt in vo-

Exodi. 15

Exodi. 23

Leuit. 18

Deut. 5

Deut. 6

Deut. 32

lumine legis huius, quia non incaſſum p̄cepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuerēt, quæ facientes longo perſeueretis tēpore in terra ad quā Iordane

Deut.11 tranſmiſſo ingredimini poſſidendā. Et iterū in eodē Deute. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpēdite ea pro ſigno in manibus & inter oculos veſtros collocate, docete filios veſtros vt illa meditenť. Quādo ſederis in domo tua & ambulaueris in via & accubueris atque ſurrexeris, ſcribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui & filior᷑ tuor᷑ in terra quam iurauit dn̄s patribus tuis, vt daret eis q̄diu cœlū imminet terræ. Et hoc totū videť explicare benedictio q̄ facta eſt ſup

Deut.27 monte Garizim Iordane tranſmiſſo, vbi ſic legiť: Si audieris vocem dn̄i dei

Deut.28 tui, vt facias atque cuſtodias oīa mandata eius q̄ ego p̄cipio tibi hodie, faciet te dn̄s deus tuus excelſiorem cunctis gentibus q̄ verſanť in terra, venientq; ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ & apprehēdent te, ſi tamen p̄cepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, bn̄dictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, fructuſq; iumentor᷑ tuor᷑, greges armētor᷑ tuor᷑ & caulæ ouiū tuar᷑, benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ, benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dn̄s inimicos tuos qui cōſurgent aduerſum te corruentes in cōſpectu tuo. Per vnā viā venient cōtra te, & per ſeptē fugient a facie tua. Emittet dn̄s benedictionē ſup cellaria tua, & ſuper oīa opera manuū tuar᷑, benedicetq; tibi in terra quā accepe. ris. Suſcitabit te dn̄s ſibi in populū ſanctū, ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mādata dn̄i dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Videbuntq; oēs terrar᷑ populi q; nomē domini inuocatū ſit ſuper te, & timebūt te. Abundare te faciet dn̄s oībus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentor᷑ tuor᷑, fructu terræ tuæ, quā iurauit dominus patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet dominus theſaur᷑ ſuū optimū, cœlū, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tēpore ſuo, benedicetq; cunctis operibus manuū tuar᷑. Et fœnerabis gentibus multis, & ipſe a nullo fœnus accipies. Conſtituet te dominus deus tuus in caput & non in caudam, & eris ſemper ſupra, & non ſubter, ſi tamē audieris mādata domini dei tui, q̄ ego p̄cipio tibi hodie, & cuſtodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexterā, nec ad ſiniſtrā, nec ſequutus fueris deos alienos neque coluer is eos. Iam ſatis ſuperq; probatū eſſe puto in teſtamēto veteri, bene actū eſſe cum illis quicunque ſeruauerunt & fecerunt præcepta dei, atque eadem opere compleuerunt.

Nouū teſtamentū pro bonis operibus, melioribus promiſſionibus ſancitum & firmatum eſt. Cap. VII.

PRæcedēti capite ad ſaturitatē vſq; declarauimus bona facientibus, ficus, mala granata, terra lacte & melle manans, & alia huius generis

Hebræ.8 bona, promiſſa eſſe. Sed quemadmodū Apoſtolus ait, nouū teſtamētū melioribus promiſſionibus ſancitū, & cōfirmatū eſt, his quidē potiſſimū qui

qui bona fecerũt. Nã in nouiſſimo die in monumẽtis q futuri ſunt audient vocẽ filij dei & procedẽt. Et q bona fecerũt, ibunt in reſurrectionẽ vitæ, qd ꝙ & in nouiſſimo die, quũ venerit filius hoīs in maieſtate ſua, & oẽs angeli cũ eo, tunc ſedebit ſup ſedẽ maieſtatis ſuę, & cõgregabunť ante eũ oẽs gẽtes, & ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidẽ a dextris, hædos a ſiniſtris. Tunc dicet rex q a dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui eñ, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebũt ei iuſti, dicẽtes: Domine, quãdo te vidimus eſurientẽ & pauimus, ſitientem & dedimus tibi potũ? quando aũt te vidimus hoſpitem & collegimus te, aut nudum & cooperuimus te, aut quãdo te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, q̃diu feciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis. Quis nõ videt magnã, imo maximã eſſe vim & virtutem huius verbi, facere, quod eñ quis fecerit vni de minimis fratribus, hoc accipitur, & perinde habetur, quaſi Chriſto fecerit, & is q̃dem benedictionem audire meretur, vt veluti benedictus veniat & poſſideat paratum regnum a conſtitutione mũdi. Et hoc eſt quod diſcipulis ait: Beati eritis, ſi feceritis ea. Et qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorꝫ. Et facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ecce vt continuo docuerit Chriſtus, vt bonũ faciamus, non deficientes nec oſcitantes.

Iohan 5 Matth. 25 Iohan. 15 Matth. 5 Lucæ. 17

Exemplo Chriſti & piorũ omnium facienda ſunt bona. Cap. VIII.

MEus cibus eſt, inquit dominus, vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me, Sicut mãdatũ dedit mihi pater, ſic facio, vt perficiã opus eius. Et ad Ioſeph ac Mariã: Neſcitis ꝙ in his quę ſunt patris mei, oportet me eſſe, & vſque modo pater operať, & ego operor, a cuius exemplo cũ ipſe ſit via noſtra, regula noſtra, ſpeculũ & exemplũ vitæ noſtræ, & nos indefeſſe bonũ facere, & operari debemus, atq; tenemur. Quiſputas eñ eſt fidelis diſpenſator & prudens, quẽ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam vt det illis in tempore tritici menſurã. Beatus ille ſeruus, quẽ quũ venerit dominus, inuenerit ita facientem. Vere dico vobis, qm̃ ſupra omnia q̃ poſſidet, conſtituet illũ. Q; ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Morã facit dominus meus venire & cœperit percutere ſeruos & ancillas & edere & bibere, & inebriari, veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet. Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis, qui autem non cognouit,

Iohan. 14 Iohan. 4 Lucæ. 12

& fecit digna, plagis vapulabit paucis. Bonus itaq; ſeruus faciens volunta-
Ephe.4 tem domini ſui, beatus erit, & quiſquis quod pceptũ eſt fecerit, etiam ſaluus
erit. Pertinebit itaq; ad nos, vt faciamus bonũ, veritatẽ facientes in charita-
Ephe.6 te. Sumus em̃ ſerui Chriſti, & dignũ eſt vt faciamus voluntatẽ ex animo cũ
bona voluntate ſeruientes ſicut domino, & nõ hominibus, ſcientes quoniã
vnuſquiſq; quodcũq; fecerit bonũ, hoc recipiet a domino, ſiue ſeruus ſiue li-
ber. Et quo regenerati per euangelium a Paulo ſcirent & agnoſcerẽt, quo-
1.Cor.10 modo debeant ſine vlla intermiſſione facere bonũ. Ecce Corinthijs ſcribẽs,
Philip.2 hortatur vt omnia in gloriam dei faciant. Philippenſibus mandat, & dicit:
Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela,
& ſimplices filij dei, ſine reprehenſione, in medio nationis prauæ & peruerſę,
1.Theſſ.5 inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes. De
1.Timo.4 Theſſalonicenſibus confidit in domino, ꝙ quæcunq; præceperit, & faciant,
& facturi ſint. Timotheo ſcribit in hæc verba: Attende tibi & doctrinæ, in-
Hebræ.10 ſta in illis, hoc em̃ faciens, teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Ad
Hebræos autem hæc verba ſcribit: Patientia vobis neceſſaria eſt, vt volun-
Hebræ.13 tatem dei facientes, reportetis promiſſionem. Precatur & iiſdem Hebræis:
Deus pacis (inquit) qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſan
guine teſtamenti æterni, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum aptet vos, in
omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat corã
ſe per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Quid di-
cam quum fecit ſuæ vocatiõis rationem Paulus coram Agrippa rege, & Fe
Actor.26 ſto præſide ſtans, dicit inter cætera: Rex Agrippa non fui incredulus cœle-
ſti viſioni, ſed his qui ſunt Damaſci primum & Hieroſolymis, & in omnẽ re
gionem Iudçæ, & gentibus annuntiabam vt pœnitentiam agerẽt, & cõuer-
terentur ad deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Ecce quid hic enume-
ret Paulus euangelij ſanctiſſima tuba, ꝙ non ſolum annuntiauerit vt pœni
tentiam agerẽt, ſed & vt pœnitentiæ digna opera facerẽt. Videant modo q
bonũ neque pdicant, minus faciunt. Quid ad hæc eloquia domini ignita,
probata, & purgata ſeptuplũ velut argentũ, quũ ſint plane & mere euange-
lica, reſpõdere poſſint aut valeant, qñ vndiquaq; doceat euangeliũ facere bo
nũ? Sunt illi (niſi me fallat iudiciũ) peiores Iudæis cõtendẽtibus cũ cæco na
Iohan.9 to. Nã aperte fatenẽ, ſi quis dei cultor ſit, & voluntatẽ dei faciat, hunc exau-
diat deus. Et ad Chriſtũ aperta fronte loquunẽ, ꝙ de operibus bonis hunc
lapidare non velint, ſola ſex & impia cohors noſtrorum hęreticorum, audet
bona opera damnare, & qui bonũ fecerunt, illis ludibrio ſunt & habentuř.
Quare etiã Iudæis deteriores dici & iudicari poſſunt. Adde ad hæc, ꝙ etiã
teſtimonio Iudæoꝝ, q fecerit voluntatẽ dei gratus, & accept9 eſt deo, & re-
Marci.3 uera magnũ quid eſt, ꝙ qui fecerit volũtatẽ dei, hic frater, ſoror, & mr̃ Chři
Iohan.3 eſt, & qui facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifeſtenẽ opera eius, ꝙ in deo
1.Iohan.2 facta ſunt, & omnis qui facit iuſtitiam, ex deo natus eſt. Et qui facit peccatũ,

&

& iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas, & ſcitis quia ille apparuit vt peccata tolleret, & peccatũ in eo nõ eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum nec cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ, ex diabolo eſt, quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex deo, peccatũ nõ facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniã ex deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij dei & filij diaboli. Omnis qui nõ eſt iuſtus, nõ eſt ex deo: & qui non diligit fratrẽ ſuũ, quoniã hæc eſt annuntiatio quã audiſtis ab initio vt diligatis alterutrũ. Nõ ſicut Cain qui ex maligno erat & occidit fratrem ſuũ. Et propter quod occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris aũt eius iuſta. Et in hoc cognoſcimus, quoniã diligimus natos dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus. Ex quibus nũc palam fit. & luce clarius erit, ſi quis bonum fecerit, laudẽ habet, bonus erit, iuſtus erit, Nam qui iuſtitiam (id eſt bona opera) facit, iuſtus eſt, quemadmodũm ipſe Noe vir iuſtus fuit, ita & Iob etiam teſtimonio dei. Ita & Tobias ac plerıq; alij, & iam quemcũq; talem licet inuenire ſine dubio menſuram bonam, confertam & coagitatam, veluti mercedem habebit a dño, nã qui vult vitam diligere, & dies videre bonos, declinare debet a malo & facere bonum. Ecce quid in Pſalmiſta dicit ſpiritus ſanctus, q̃ qui velit vitã diligere, atq; dies videre bonos, dies quidem lætitiæ, & exultationis apud eum qui ſolus & qui ſumme bonus eſt, non ſolũ debet declinare a malo, ſed & debet facere bonum. Nam ſolæ hæ virgines intrant cum ſponſo ad nuptias, quæ oleum (id eſt bona opera) habent in lampadibus, non habẽtibus autem oleum, dicet ſponſus, neſcio vos.

1.Iohan.5 Roma.13

Magna res & magni myſterij eſt, omnes reges in Iſrael, Iuda & Hieruſalem ſi boni fuerunt, primũ tunc laudari, ſi fecerunt bonum, vituperari vero, quando fecere malũ. Cap. IX.

QVisquis videt ea quæ ſub Samuele, Nathan, Gad, Michæa, Helia, Heliſæo, Eſaia, & prophetis alijs, in regnorum aut ſi mauis Regũ libris, & hiſce libris duobus, q̃s Hebræi hebraice Schmuel vocant, inueniet vnumquẽq; regẽ ex regibus Iſrael, Iuda & Hieruſalem tunc primũ laudari, ſi bonũ fecit, vituperari vero plurimũ ſi malum fecit in conſpectu domini. Sic de Dauide multiplex eſt ſcripturæ teſtimoniũ, qualis & q̃ acceptus fuerit deo. Nã dñs elegit Dauid ſeruũ ſuũ. Et dicit de eo: Inueni Dauid ſeruũ meũ, oleo ſancto vnxi eũ. Inueni Dauid filiũ Ieſſe, virũ ſecũdũ cor meũ, qui facit oẽs voluntates meas. Et ad Hieroboam: Seruus meus Dauid cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens q̃d placitũ erat in cõſpectu meo. Ad Abiam vero: Fecit Dauid rectũ in oculis dñi,

Pſal 77. Pſal. 88 Acto.13 1.Reg.17

domini,& non declinauit ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vi-
tæ ſuæ,excepto ſermone Vriæ Ethæi. Aſa rex Iuda fecit rectum ante conſpe
3.Reg 15. ctũ dñi,ſicut Dauid pater eius. Ad Iehu: Quia ſtudioſe egiſti ꝙ rectũ erat
4.Regũ.10 & placebat in oculis meis,& oĩa quæ erãt in corde meo feciſti cõra domum
Achab filiȷ̃ tui,vſque ad quartã generationẽ ſedebũt ſuper thronum Iſrael.
4.Regũ.15 Aſarias fecit,quod erat placitũ coram dño. Ioathan filius Oſiæ regis Iuda fe
4.Regũ.18 cit quod erat placitũ coram deo. Ezechias filius Achas regis Iuda fecit q̃d
erat bonum coram dño,iuxta omnia q̃ fecerat Dauid pater eius. Ioſias fecit
4.Reg. 22 quod placitũ erat corã dño,& ambulauit per omnes vias Dauid patris ſui,
non declinauit ſiue ad dexterã ſiue ad ſiniſtrã. Ecce vt reges in Iuda,Hieru-
ſalem & Iſrael ab eo laudati ſunt,ꝙ fecerũt q̃d rectũ,q̃d bonũ,& q̃d placi-
3.Reg.2 tum fuit in cõſpectu dñi. Propterea largitus eſt deus illis bona q̃plurima,fe
lices denique ſucceſſus,& fecit eos ſepeliri cum patribus ſuis. Sic dormiuit
Dauid cum patribus ſuis,& ſepultus eſt in ciuitate Dauid, de cuius ſepul-
Acto. 2 chro Petrus ad Hieroſolymitas,ait: Viri fratres,liceat audẽter dicere ad vos
de patriarcha Dauid,qui defunctus eſt,& ſepultus eſt,& ſepulchrum eius
2.Para.16 eſt apud nos vſque in hodiernum diem,& de Aſa ſcriptura dicit: Dormi-
uit cum patribus ſuis,& mortuus eſt anno quadrageſimoprimo regni ſui,
Et ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo, quod foderat ſibi in ciuitate Dauid.
Sic dormierat Ioſaphat cum patribus ſuis,& ſepultus eſt cum eis in ciuitate
Dauid. Sic & de bonis commemorat ſcriptura ſæpe, vt & quomodo dor-
mierint cũ patribus ſuis,& ſepulti ſint in ſepulchris patrum ſuorum.

Deteſtatur ſcriptura nonnullos reges in Iuda,Hieruſalem &
Iſrael,propterea ꝙ malum fecerint. Cap. X.

QVemadmodũ in ſcriptura ſancta datur inuenire bonos,ſic & mali
1.Regũ. 15 ſunt reges qui non fecere bona. De Saule eñ,quem in regẽ primũ
poſt iudices vnxit Samuel propheta,ſcriptura dicit: Factũ eſt ver-
bum domini ad Samuel,dicens: Pœnitet me ꝙ conſtituerim Saul regẽ,quia
dereliquit me,& verba mea opere non impleuit. Et Samuel ait illi: Nõne cũ
paruulus eẽs in oculis tuis,caput in tribubus Iſrael factus es,vnxitq́ꝫ te deus in
regem ſuper Iſrael? Quare ergo non audiſti vocẽ dñi, ſed verſus es ad præ-
dam,& feciſti malum in oculis dñi. Et iterum Samuel,etiam inquietatus per
1.Reg. 28 Phytoniſſam a Saule,mortuus vaticinaꝛ illi dicens: Faciet tibi dñs ſicut lo-
quutus eſt in manu mea & ſcindet regnũ tuũ de manu tua,& dabit illud pro
ximo tuo Dauid,quia non obediſti voci dñi,neque feciſti irã furoris eius in
Amalech. Idcirco quod pateris,fecit tibi dominus hodie,& dabit dominus
etiam Iſrael tecum in manu Philiſtijm. Cras autem tu & filiȷ̃ tui mecum eri-
tis,ſed & caſtra Iſrael tradet dominus in manus Philiſtijm. Statimq́ꝫ Saul ce
cidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis,& robur non
erat in eo,quia non comederat panem tota die illa.

Iraſci-

Iraſcitur dominus Salomoni,quod auerſa eſſet mens eius a domino,& nõ fecit quæ mãdauit ei dominus.Inter hos Hieroboam vnus erat,erexit eñ ille duos vitulos aureos,vnum in Bethel,& alteꝝ in Dan,propterea dominus ait illi per Aiam prophetã:Operatus es male ſuper omnes qui fuerunt ante te,& feciſti tibi deos alienos, & conflatiles vt me ad iracũdiam prouocares,me autem proieciſti poſt corpus tuum. Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Hieroboam,& percutiam de Hieroboam mingẽtem ad parietem clauſum & nouiſſimũ in Iſrael,& mundabo reliquias domus Hieroboam,ſicut mundari ſolet fimus vſq; ad purum. Qui mortui fuerint de Hieroboam in ciuitate comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro,vorabũt eos aues cœli,quia dominus loquutus eſt.Tu igitur ſurge & vade in domum tuam,& in ipſo introitu pedum tuoꝝ in vrbem morietur puer,& plãget eum omnis Iſrael,& ſepeliet. Iſte enim ſolus inferetur de Hieroboam in ſepulchrum, quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus a domino deo Iſrael in domo Hieroboam.Sic Nadab filius Hieroboam regnauit ſuper Iſrael,& fecit quod malum eſt in conſpectu domini, & ambulauit in vijs patris ſui,& in peccatis ſuis,quibus peccari fecit Iſrael.Sic Baſa fecit malum,ſic Zambri fecit malũ. Itidem & Ambri fecit malum,& operatus eſt nequiter ſuper omes qui fuerunt ante eũ. Ad Achab ait Elias:Feciſti malum in conſpectu domini. Ecce ergo inducam ſuper te malum.Ioram regnauit duodecim annis,& fecit malũ coram domino.Ioachas item fecit malum coram domino,ſequutusq; eſt peccata Hieroboam, & ipſe Hieroboam filius Ioadis fecit malum coram domino, & non receſſit a peccatis Hieroboam.Id quod etiam fecit Manachen rex Iſrael,& Phacoia filius eius.De Achas,qui regnauit in Hieruſalem hiſtoriæ prodũt,q̃d non fecerit ille quod erat placitũ in conſpectu domini dei ſui.Sicut Dauid pater eius,ſed ambulauit in via regum Iſrael.Inſuper & filium ſuum conſecrauit,transferẽs per ignem.De Manaſſe rege Hieruſalem,legimus quod & ille fecerit malum in conſpectu domini iuxta idolum gentium quas deleuit dominus a facie filiorum Iſrael. His regibus malis imputatur hoc q̃d fecerint malum,ideo toties correpti ſunt a domino, pro eo quod fecerunt malũ in cõſpectu dñi.Ex his itaq; oĩbus nunc in profeſſo eſt, malos etiã ſi reges fuerint,nunq̃ placuiſſe deo.Notum etiam & manifeſtum,ab exẽplo bonorum regum,nos ſimili modo nõ ſolum credere,ſed facere, & manum ad aratrũ ponere,neq; retroſpicere oportere,nõ eñ auditores tantũ,ſed factores iuſti ſunt apud deũ.Propterea toties clamabat Iſraeliticus populus, & dicebat: Oĩa q̃ loquutus eſt nobis dñs deus,faciemᵖ.Errãt itaq; q̃ nihil boni faciendũ eſſe docẽt.Nã ſunt hi circa fidẽ reprobi, & naufragia faciũt iuxta fidẽ,cũ Phileto Hymenęo,& Alexandro ærario,& queadmodũ Mãbres & Iamnes reſtiterũt Moyſi,ita & hi veritati reſiſtũt. Nã cõfitentur ſe noſſe Chriſtũ,factis aũt negant,id quod reuera nunq̃ cedet eis in bonum.

3.Regũ.12 3.Regũ.14 3.Regũ.17 3.Reg.21 4.Reg.3 4.Reg.14 4.Reg.17 Exo.19.24

Non

Non oportet neq; fas eſt hominē Chriſtianū otioſum eſſe. Cap.XI.

PEccatum Sodomæ fuit otiū. Sic enim Ezechiel ait: Ecce hæc fuit ini-
quitas Sodomæ,ſororis tuæ ſuperbia,ſaturitas panis,& abundantia,
Ezech.17. & otiū ipſius & filiarum eius. Et hos qui in labore hominū nō ſunt,
Pſal.82 tenet ſuperbia, & operiuntur iniquitate quaſi impietate ſua, in ſudore vul-
tus veſcendus eſt panis,in terrā poſiti ſumus vt operemur illam. Proin neq;
capere,neq; reſcire poſſum,quid venerit in mentem nōnullis vana docenti-
bus,vt iam audeant otioſis dormitātijs,& profundiſſimo ſomno in vtraq;
aurē ſtertentibus præbere manū,ſtantibus in euāgelio nōnullis in foro otio-
Matth.20 ſis,paterfamilias ait: Quid ſtatis hic tota die otioſi,ite in vineā meam. Vnde
Prouer.12 Salomon: Qui operatur terram ſuā ſatiabitur bonis, qui aūt ſectatur otium
Prouer.28 ſtultiſſimus eſt. Et iterū: Qui ſectatur otium,replebitur egeſtate. Ieſus autem
Eccl.33. filius Syrach putauit multā malitiā docere otioſitatem. Propterea laudatur
Prouer.31. hæc mulier,quę omnibus diebus vitæ ſuæ quæſiuit lanā & linum,& opera-
ta eſt conſilio manuū ſuarū,plantauit & vineam de fructu manuū ſuarū, cō-
1.Timot.5 ſiderauitq; ſemitas domus ſuæ,& panē otioſa non comedit. In Paulo vero
deteſtabiles hæ ſunt mulieres,quæ otioſæ diſcūt circumire domos, & nō ſo-
lum otioſæ,ſed & verboſæ,& curioſe loquētes quæ non oportet. Sed & au-
Prouer.6. di quid Salomon otioſo oſcitanti,& pigro cōſuluerit. Vade ad formicā(in-
quit)o piger,& cōſidera vias eius et diſce ſapientiam. Quæ cū nō habeat du
cem nec præceptorem,nec principem,parat in æſtate cibū ſibi,& congregat
in meſſe quod comedat. Vſquequo piger dormies? Quando conſurges de
ſomno tuo? paululum dormies,paululum dormitabis,paululū conſeres ma
nus tuas vt dormias,et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi
vir armatus. Si vero impiger fueris,veniet vt fons meſſis tua & egeſtas lon
Prouer.10 ge fugiet a te. Et ſicut acetum dentibus et fumus oculis,ſic piger his qui miſe
runt eum,in via vult & nō vult piger,anima aūt operantiū impinguabitur.
Prouer.15 Abſcondit piger manū ſuam ſub aſcella,nec ad os ſuum applicat eā. Propter
Prouer.19 Prouer.13 frigus piger arare noluit,mendicabit ergo æſtate,et nō dabitur illi. Dicit pi
Prouer.32 ger,leo eſt foris,leo eſt in via,leena in itineribus,et ſicut oſtiū vertit̄ in cardi
Prouer.36 ne ſuo,ita piger in lectulo ſuo,abſcōdit piger manus ſub aſcella ſua,et labo-
rat,ſi ad os ſuum eas cōuerterit. Deteſtabiles itaq; ſunt,et reprehēſibiles q̄t-
quot Cretenſes ventres pigri ſunt. Doctrina ergo recentiorum vana eſt qua
Titum.1. licentioſe prædicant,vano otio vitam agendā eſſe. Quod etiam poetæ par-
tim reprobaſſe videtur. Sic enim Ouidius ille Naſo cecinit: Quæritur Egi-
ſtus quare ſit factus adulter, in promptu cauſa eſt,deſidioſus erat. Et iterū:
Otia ſi tollas periere cupidinis arcus. Propterea nō eſt malū Chriſtiani ho-
minis conſiliū,vt in labore ſit aſſiduus,ne diabolus eum aliquando otioſum
inueniat,et ob id ſapiēs ille frequēter habebat in ore. Nō minus otioſus ſum
quam quū otioſus ſum,neq; minus ſolus,quam quum ſolus ſum.

Laborare oportet. Cap. XII.

SVnt noſtrorum temporum Anabaptiſtæ plurimi,qui manibus laborare non volunt,neſcio qua prouidentia dei putent ex illorum ſanctimonia futurum,vt creſcant e ſpinis vuæ,& e tribulis ficus,quaſi ad eos nihil pertineat, quod qui non laborat,non manducet, & ſi reprehenſi fuerint,in promptu habent eſſe dictũ a domino : Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis,neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca,& corpus plus quam veſtimentũ? Reſpicite volatilia cœli quæ non ſerũt neque metunt,neque cõgregant in horrea,& pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis aũt veſtrum cogitãs poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitũ vnum? Et de veſtimẽtis quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt,non laborãt neque nent. Dico aũt vobis,quoniã nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si eñ fœnum agri quod hodie eſt,& cras in clibanum mittit̃,deus ſic veſtit, quãto magis vos modicæ fidei,nolite ergo ſoliciti eſſe,dicentes: Quid manducabimus,aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc eñ omnia gentes inquirunt,Scit eñ pater veſter,quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primũ regnum dei & iuſtitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ. Craſtinus eñ dies ſolicitus erit ſibiipſi. Sufficit diei malitia ſua. Sed his aduerſat̃ ſcriptura ſancta,Nam dominus eos ad ſe venire iubet qui laborãt, & ipſe Paulus laborauit manibus ſuis cõſtituit quoque,vt laborans agricola primũ de fructibus accipiat,& ipſe neque gratis panẽ mãducauit ab aliquo,ſed in labore,& fatigatione nocte ac die operatus eſt. Propterea ſtatuit,ſi quis non velit operari,neque debeat ipſe manducare,& ſoli operantes debeant mãducare panem ſuum,pro certiſſima regula ſtatuens,vt qui non laborat,non mãducet. Et hoc eſt quod in Pſalmis legimus: Labores manuum tuarum quia manducabis , beatus es & bene tibi erit. Quod ſi vnuſquiſque propriam mercedẽ accipiet ſecũdum ſuum laborẽ,& Anabaptiſtæ,neque in ſua,neque in vinea domini laborare velint,quã putas accepturi ſint mercedẽ? Operantibus eñ, & non otioſe ſtantibus in foro,datur pro mercede denarius diurnus.

Matth. 6 — Matth. 11 — 1. Cor. 4 — 2. Tim. 2 — 2. Theſſ. 3 — Pſal. 127 — 1. Cor. 3

Pernitioſus eſt error docentium nos,nihil bene facere poſſe aut debere. Cap. XIII.

SVnt noſtris tẽporibus qui errore ſeducti graui, & quidẽ periculoſe aſſerantes,hominẽ bene facere nõ poſſe. Sic eñ in Eſaia ſcriptũ eſſe dicunt: Bene aut male ſi poteſtis,facite. Ecce inquiunt,vt deſperauerit Eſaias de hoĩe,quod is neque bene neque male facere poſſit. Sed non ſic impij, non ſic,hoc loco propheta loquit̃ de idolis & ſimulachris gentiũ,quę aures

Eſaiæ. 41 — Pſal. 4

habent,& nõ audiunt,oculos habẽt & non vidẽt, nares habẽt & odorant, manus habẽt & nõ palpant,pedes habẽt & nõ ambulãt, ligna ſunt, lapides ſunt.Proin neq; bene neq; male facere poſſunt,ſunt eñ opa manuũ hoĩm, & manus artificũ fecerũt & fabricauerũt illa. Conſequẽs itaq; eſt & manifeſtũ fit ex Eſaia propheta de hoĩbus verba prophetæ Eſaiæ nec poſſe neque debere intelligi,qũo eñ prohiberet Eſaias bene facere,qui mox a principio

Eſaiæ.1. ſuæ prophetiæ clamat in hæc verba:Lauamini,mũdi eſtote,auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis,quieſcite agere peruerſe,& diſcite bñ facere,quærite iudiciũ,ſubuenite oppreſſo,iudicate pupillo, defendite viduã,& venite & arguite me dicit dñs. Si fuerint pctã veſtra vt coccinũ,quaſi nix dealbabunt,& ſi fuerint rubra ſicut vermiculus,velut lana alba erũt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Q; ſi nolueritis,& me ad iracũdiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos, qa os dñi locutũ eſt. Eſaias itaq; docuit bene facere,prohibuit aũt peruerſe agere. Nihil eſt itaq;, q; ex Eſaia nõnulli ſibi quærũt excuſationẽ in peccatis. Poſſumus itaq; per pœnitẽtem, concomitantẽ & ſubſequẽtẽ dei grãm bene facere etiam his qui nos oderũt, id quod in ſequẽtibus profuſiſſime tractaturi ſumus.

Vt bene faciamus,multæ veteris teſt. ſcripturæ docent. Cap. XIIII.

Pſal,13,52 PLus ſemel per prophetam regium Pſalten cõqueſtus eſt dñs, vt corrupti ſint,& abominabiles facti ſint,nec eſſe qui faciat bonũ,imo nec eſſe vſq; ad vnũ,& quanq̃ de cœlo proſpexerit dominus ſuper filios hominũ,vt videret ſi eſſet intelligẽs aut requirẽs deum. At omnes declinauerunt & inutiles facti ſunt,doloſe agebant,operabantur iniquitatẽ nec erat

Hiere.4 qui faceret bonum. Et per Hieremiam iterum lamẽtatur dominus hiſce verbis:Stultus populus meus me non cognouit,filij inſipientes ſunt & vecordes:Sapientes ſunt vt faciant mala,bene aũt facere neſcierunt,aſpexi terram & ecce vacua erat & nihil & cœlos & non erat lux in eis. Et per eundẽ Hie-

Hiere.13 remiam:Si mutare poteſt Aethiops pellẽ ſuam,aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere,quum didiceritis malũ. Hæc prophetarũ ſeu potius ſummi boni dei lamẽta,eo tendunt,quod indigne tulit deus in populo ſuo,q; bene facere neglexerunt. Sancta eſt itaq; & ab omnibus iuſte obſer-

Prouer.3 uanda Salomonis doctrina,qua ſic ait:Noli prohibere bene facere eum qui poteſt,ſi vales & ipſe benefac. Et Tobias ille vir bonus: Pauperẽ quidẽ (in-

Tobiæ. 4. quit)vitam gerimus,ſed multa bona habebimus,ſi deum timuerimus, & receſſerimus ab omni peccato,& fecerimus bene. Et hoc voluiſſe dominum,

Marci.14 quis dubitat,quando diſcipulis inter cætera ſic reſpondit: Pauperes ſemper vobiſcum habebitis,quibus ſi vultis,poteſtis bene facere.

Ad hominẽ Chriſtianũ ex euangelio ptinet,bene facere. Cap.XV.

Dicant

DIcant et ſentiant nonnulli ſine deo homines quid velint, nobis videtur Iohannẽ non ſine ſpiritu dei vera Caio ſuo chariſſimo ſcripſiſſe, quando dicit: Qui bene facit, ex deo eſt: qui autẽ male facit, non videt deum Procul dubio nõ ignorabat et ita atq; hoc modo docuiſſe dñm: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, et orare pro perſequẽtibus et calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſup bonos et malos, et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedẽ habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Et iterum: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt, benedicite maledicẽtibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimẽtum, etiam tunicam noli prohibere, Omni aũt petẽti te, tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas, Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter, Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? nam & peccatores diligẽtes ſe diligunt, Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidẽ & peccatores hoc faciũt, Et ſi mutuũ dederitis his a quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Veruntamẽ diligite inimicos veſtros, benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſup ingratos & malos. Ecce quomodo intonat continuo ac ſemp ipſe qui via, veritas & vita eſt, vt non modo bonum, ſed & benefacere ſtudeamus, Neq; ſolo verbo, ſed multiplici etiam exemplo docuit benefacere Chriſtus, quippe etiam ægrotantibus non dubitauit benefacere in ſabbatis, nihil vel curans vel aduertẽs, q; aliquando contra muſſitarent phariſæi. Paulus inter cætera docet & ſcribit, vt bonum facientes, non deficiamus, tẽpore enim ſuo metemus non deficiẽtes, quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne etiam metet corruptionẽ, qui aũt ſeminat in ſpũ, de ſpũ metet vitam æternã, ergo dum tẽpus habemus, operemur bonũ ad oẽs, maxime autẽ ad domeſticos fidei, quid q; q ſeminãt in lachrymis, in exultatione metẽt. Euntes eñ ibant & flebant, mittẽtes ſemina ſua, Veniẽtes aũt veniẽt cũ exultatione, portantes manipulos ſuos, Et, qui parce ſeminat, parce & metet. Et, qui ſeminat in bñdictionibus, de benedictionibus & metet. Quis ex his non videt etiam ſub euangelio eos laudari, qui patiuntur ſecundum voluntatẽ dei, & iuxta verbum Petri, qui fideli creatori commẽdant animas ſuas in benefactis. Q; ſi benefacere ſub euangelio nihil eſt, neq; pondus apud deum Opt. Max. habet aliquod, qũo ergo potuit de pauperibus dicere dominus, Pauperes ſemper vobiſcum habebitis, quibus ſi vultis, poteſtis benefacere. Vel qũo Paulus ait,

Matth. 5
Lucæ 6
Matth. 12
Marci. 3
Galat. 6
Pſal. 125
2. Cor. 9
1. Cor. 15
1. Petri 4
Marci. 14

1.Cor.7 ait, Qui matrimonio iungit virginē ſuam, bene facit, & qui non iungit, me
2.Cor.13 lius facit. Vel ad quid idē Apoſtolus orat deum pro Corinthijs, vt nihil ma
li faciant, ſed vt quod bonū eſt faciant, Aptet itaq; (ait Apoſtolus) vos deus
Hebr.vlt. in omni bono, vt faciatis voluntatē eius. Nam vnuſquiſq; quod fecerit bo
Ephe.6 num, recipiet. Stat itaq; firmiter & inconcuſſe, quod Iohannes ad benefacto
rem Caium docuit, dicēs: Qui bene facit, ex deo eſt.

Quemadmodum bene facientibus, bene, ita male agentibus, male erit. Cap. XVI.

Daniel.12 PRæuidit in ſpiritu Daniel, quō multi de his qui dormiūt in terræ pul
uere, euigilabunt, alij in vitam æternā, alij in opprobriū, vt videant
ſemper. Qui aūt docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamēti,
& qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Id
Iohan.5 clarioribus verbis declarauit dñs, dicēs: Amē amē dico vobis, quia venit ho
ra & nunc eſt, quādo mortui audiēt vocē filij dei, & qui audierint, viuēt. Si
cut eñ pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitā in ſemet
ipſo, & poteſtatē dedit ei iudiciū facere, qa filius hominis eſt. Nolite mirari
hoc, qa venit hora, in qua oēs qui in monumētis ſunt, audient vocē filij dei,
& procedēt qui bona fecerunt in reſurrectionē vitæ, qui vero mala egerūt in
Matth.25 reſurrectionē iudicij. Et alibi: Ibunt ſcilicet impij, qui impie egerunt, in ſup
plicium æternū, iuſti aūt in vitam æternā. Et quibus ſcripturis intelligere da
tur, q; reſurgēt alij in reſurrectionē vitæ, & ibunt in vitam æternam, pro
pterea quia bona fecerunt, alij vero in opprobrium & in ſupplicium æter
num, propterea quia male egerunt. Bonorum itaq; & malorum diuerſa eſt
ratio, diuerſus etiam eſt exitus, qua itaq; conſcientia, nonnulli dicunt, inter
bonos & malos nullum eſſe diſcrimē, & hominum ac iumētorum eundē eſſe
interitum, ipſi viderint, agendum eſſe bonum, vndiquaq; ſcriptura docet
Matth.3 & præcipit. Clamat præcurſor domini, vox clamantis in deſerto: Pœniten
tiam agite, parate viam domini, rectas facite ſemitas eius, facite fructus di
gnos pœnitētiæ, Nam omnis arbor quæ nō fecerit fructū bonum, excidet,
Matth.4 & in ignē mittetur. Clamat & illud idē Chriſtus, docet hoc Petrus, prædica
uit itidē Paulus, prædicauerunt & hoc ipſum Apoſtoli, docet & Chriſtus q;
Iohan.3 quiſquis male agit, odit lucē, qui vero facit virtutē, venit ad lucē, vt manife
Rom.1. ſtentur opera eius, quia in deum facta ſunt, Docet Paulus, Repletos omni
iniquitate, malitia, fornicatiōe, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs,
contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractatores, deo odibiles, cōtu
melioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes
inſipiētes, incompoſitos ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia, Qui
Galat.5 quum iuſtitiam dei cognouiſſent, non intellexerūt, quoniam qui talia agūt,
digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facien
tibus

tibus. Docet & inſuper idem Paulus, ꝙ quicunq; ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt, qui vero faciunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contẽtiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. Et propterea deo odibilis eſt omnis iniuſtus, ꝙ in conſpectu eius doloſe agit, ꝙq; noluit intelligere vt bene ageret, iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam aũt non odiuit. Quiſquis itaq; Chriſtianus es, & pro Chriſtiano homine haberi velis ac cupias, ſpera in domino & fac bonitatẽ, & inhabita terrã, & paſceris in diuitijs eius, Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui, Reuela dño viam tuam & ſpera in eo, & ipſe faciet, & educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquã meridiem ſubditus eſto domino & ora eum. Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias, Deſine ab ira & derelinque furorẽ, noli æmulari vt maligneris, quoniam qui malignant, exterminabunt, ſuſtinentes autẽ dominũ ipſi hæreditabunt terram, Iacta cogitatum tuum in dominũ, & ipſe te enutriet, Non eñ dabit in æternum fluctuationẽ iuſto, age pœnitẽtiam & fac prima opera, Nam quodcũq; egerit homo in corpore ſuo, ſiue bonum ſiue malum, hoc recipiet, quemadmodum Ieſus ille filius Syrach docuit, dicens: Timenti dominum bene erit.

Pſal. 36 Pſal. 36 Eccle. 1.

Die ac nocte, & quamdiu vixerit homo, domino deo ſeruire oportet. Cap. XVII.

SVnt qui libertatem Chriſtianam, qua libertate nos Chriſtus liberauit, ſic tractant & prædicãt, vt neceſſe non ſit, nos vel hominibus vel etiam deo ſeruire. Quantum ad homines attinet, aduerſari videtur illis Petrus, dicẽs. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantũ bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Sed & Paulus ad Epheſios ſcribẽs, præcepit hiſce verbis: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes ſicut domino, & non hominibus, ſcientes, quoniam vnuſquiſq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, ſiue ſeruus, ſiue liber, Et vos domini eadẽ facite illis, remittẽtes minas, ſcientes quia & illorũ & veſter dñs eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud deum. Coloſſenſibus autem: Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timẽtes dominũ. Quodcũq; facitis, ex animo operamini, ſicut dño & non hominibus, ſcientes ꝙ a domino accipietis retributionẽ hæreditatis,

Gala. 4 1. Petr. 2 Ephe. 6 Coloſſ. 3

domino Chriſto ſeruite. Qui em̃ iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit, Et non eſt perſonarum acceptio apud deum. Ad Timotheum ſcribit in
1.Timo.6 hæc verba: Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui, dños ſuos omni honore dignos arbitrẽtur, ne nomẽ domini & doctrina blaſphemetur, qui aũt fideles habẽt dominos, non contẽnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia infideles ſunt, & dilecti, quia bñficij participes ſunt. Hæc doce & exhortare, Si quis aliter docet & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatẽ eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languẽs circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui a veritate priuati ſunt, exiſtimantium, quæſtum eſſe pietatem. Vanum eſt itaq; quod illi docẽt, ſub euangelio non eſſe ſeruum, neque oportere cuiquam ex hominibus ſubditum eſſe. Minus vera ſunt qui incaute magiſtri noſtrorum temporum, & doctores a veritate alienati, docere pſumunt, non oportere toto corde, manibus, pedibuſq;, imo toto corpore ſeruire deo.
Deut.6 Non enim fruſtra præcepit dominus: Dominum deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Cuius præcepti tanta eſt vis, vt etiam hoc idẽ obie-
Ioſue.24 cerit dominus ſatanæ tentatori, timete dominum, & ſeruite ei perfecto cor-
Matth.4 de atq; veriſſimo. Ait Ioſue, Samuel autem clamat ad vniuerſam domum
1.Reg.7 J.Regũ.12 Iſrael: Præparate corda veſtra domino, & ſeruite ei ſoli, Seruite domino in
2.Para.15 omni corde veſtro, ſeruite domino deo patrum veſtrorum, & auertetur a vobis ira furoris eius, ſeruite domino in timore, ſeruite domino in lætitia,
Pſal.2 Hæc toties de ſeruitute erga deum repetita, fruſtra & ſuperuacanea eſſe non poſſunt, Non enim iota vnum aut apex vnus poterit præterire de lege. Sed & in Euangelio quoq; neceſſarium eſt, atq; habetur, vt ſeruiamus deo,
Lucæ.2 Nam iuxta prophetiam Zachariæ: Propterea de manu inimicorum noſtrorum liberati ſumus, vt ſeruiamus illi, qui eſt benedictus dominus deus Iſrael, qui viſitauit & fecit redẽptionẽ plebis ſuæ, & erexit cornu ſalutis no-
Roma.6 bis in domo Dauid pueri ſui. Et Paulus ait: Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationẽ. Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quẽ ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc vero liberati a peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum in ſanctificationẽ, finẽ vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia autem dei, vita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro, & domino Chriſto ſeruite. Atq; iterũ, conuer-
Coloſſ.3 ſi eſtis ad deum a ſimulachris, ſeruire deo viuẽti. Talẽ ſe ſeruum Ieſu Chriſti
1.Theſſ.1 vocat Paulus, & libere dicit, fatetur quoq; ingenue: Si hominibus placerẽ,
Roma.1 Gala.1 Chriſti ſeruus nõ eſſem. Talẽ ſe ſeruum Ieſu Chriſti vocat Simon Petrus. Et
2.Pet.1 quid dicam, nemo põt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odio habe-
Matth.6 bit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit & alterum contemnet. Non

pote-

poteſtis deo ſeuire et mammonæ. Ecce q̄ præclara ſunt verba Chriſti atque ſanctorum dei hominū, oportere nos ſeruire deo. Dominū deum itaq; adorabis, & illi ſoli & ſemper ſeruitute, quam latriam Græci vocant, ſeruies.

Fide non ficta, ſed re ipſa oportet ſeruire deo. Cap. XVIII.

PRæcepit Apoſtolus, vt ſerui non ſeruiant tantum ad oculos, potius vt vere ſeruiant, multo magis alienum eſſe debet ab homine, omnis phariſaica & hypocritica ſimulatio, Finis em̄ præcepti eſt charitas, de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta. Propterea tanta verborum acrimonia Chriſtus inuehitur in phariſæos & hypocritas, q illi excolabant culicem, & deglutiebant camelum, mundabant quod deforis erat calicis & parapſidis, intus autem pleni erant rapina & immunditia, Comparat proin illos ſepulchris dealbatis, quæ a foris patent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Non itaq; olim phariſæi & hypocritæ vere & perfecte ſeruiebant domino, nam omnia quæ faciebant opera bona, faciebant hac vna de cauſa, vt viderentur ab hominibus, & propterea daturi eleemoſynam, cecinere tuba ante ſe, orantes amabant, in ſynagogis & in angulis platearum ſtare, ieiunaturi, triſtes erant & exterminabant facies ſuas, quo viderentur ab hominibus ieiunantes, & in ſumma, hæc omnia faciebant, vt appareret & videretur ab hominib⁹ facere eleemoſynam, orare, vel ieiunio macerare carnē. Et quia ſic pòtius hominib⁹ q̄ deo ſeruierunt, propterea dominus ait: Quod iam receperunt mercedem ſuam. Nō itaq; demiſſis manibus & ſolutis genubus, ſed vere & fide nō ficta, imo re ipſa ac perfecto opere ſeruiendum eſt deo, Nam etiam in euangelio dominus eum dumtaxat ſeruum beatum facit, quem dominus inuenerit ſic facientem, & hunc facientem conſtituet ſuper omnia bona ſua. Et quis veſtrum habens ſeruum arantem aut paſcentem boues, qui regreſſo de agro, dicat illi ſtatim: tranſi & recumbe, & non dicit, para quod cœnem, & præcinge te & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto ſic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Seruus quoq; ſciens voluntatem domini ſui, & non faciēs, plagis vapulabit multis, qui aūt non cognouit et fecit digna, plagis vapulabit paucis. Seruum deniq; pigrū etiā nequam et inutilē vocat, Beatus aūt ille ſeruus, quē quū venerit dominus, inuenerit ita facientē. Ex quibus verbis omnibus dedit intelligere dn̄s, vt ad ſeruos pertineat, ſemper facere voluntatem domini. Quod vt manifeſtius fieret, ecce totum id in vna videtur expreſſiſſe parabola, quum eſſet ille prope Hieruſalem, dicēs: Homo quidam nobilis abijt in regionē longinquam, accipere ſibi regnum et reuerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis

Ephe. 6 | 1. Timo. 1 | Matth. 23 | Matth. 6 | Matth. 24 | Lucæ. 17 | Lucæ. 12 | Lucæ. 19

decē

decem mnas,& ait ad illos: Negotiamini dum venio. Ciues aũt eius oderãt eum,& miſerũt legationẽ poſt illum,dicẽtes: Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno,& iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam,vt ſciret quantũ quiſq; negotiatus eſſet. Venit aũt primus,dicens: Dñe,mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait: Euge bone ſerue, q̃a in modico fuiſti fidelis,eris poteſtatẽ habens ſupra decẽ ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe,mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates. Et alter venit,dicens: Dñe,ecce mna tua quã habui repõſitã in ſudario. Timui em̃ te,quia homo auſterus es,tollis quod nõ poſuiſti,& metis q̃d non ſeminaſti. Dixit ei: De ore tuo te iudico ſerue nequã. Sciebas q̃ ego homo auſterus ſum,tollens q̃d non poſui,& metẽs quod nõ ſeminaui,& quare non dediſti pecuniam meam ad mẽſam,& ego veniens cũ vſuris vtiq; ex egiſſem illud. Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnã,& date illi qui decem mnas habet,& dixerunt ei: Dñe,habet decẽ mnas. Dico aũt vobis,quia omni habenti dabit̃ & abundabit,Ab eo aũt qui non habet,& quod habet auferetur ab eo. Quis modo nõ iudicabit hoc voluiſſe nobis indicare dominũ

1.Theſſ.1. vt quia iam conuerſi ſumus ad deum a ſimulachris ſeruire deo viuẽti,vt ſeruiamus non ad oculũ,negotiemur neque nobis creditam pecuniam repona-

Marci.13 mus in ſudario,vel talentũ traditum nobis vt ſodiamus in terrã. Nam huic

Matth.25 ſeruo qui quinq;,& alteri qui duo talenta lucrati ſunt,datur,q̃ intrẽt in gaudium dñi. Ad inutilem vero ſeruum ait dñs: Serue male & piger,ſciebas q̃ meto vbi nõ ſemino,& congrego vbi nõ ſparſi. Oportuit ergo te committere pecuniã nummularijs & veniens ego recepiſſem vtiq; q̃d meum eſt cum vſura. Inſuper addit,tollite ab eo talentũ,& date ei qui habet decem talenta, Omni em̃ habenti dabitur,& abundabit,ei aũt qui nõ habet,& q̃d videtur habere,auferet̃ ab eo,& inutilẽ ſeruum eijcite in tenebras exteriores,illic erit fletus & ſtridor dentiũ,talẽ ſe ſeruũ domini fecit Paulus,qui nocte ac die laborare non ceſſauit,factus omniũ ſeruus,vt omnes lucrifaceret. Seruite itaq; domino, quicunq; vultis nominari ac haberi ſerui & ſeruoꝝ ſerui domini noſtri Ieſu Chriſti,a quo venit omnis dominatio,Fiat,fiat.

Vigilare oportet. Cap. XIX.

QVando noui teſtamẽti præcepta diligẽter excutimus, deprehendemus p̃cepta eſſe quæ aliquibus,nõ omnibus obſeruanda conſtituta

Marci.13 ſunt,vnũ vero p̃ceptum,de vigilando ab oẽs pertinet,& maxime hoc,vt vigilemus oẽs. Sic em̃ in Euangelio dominus docuit: Videte,vigilate & orate,neſcitis em̃ quando tẽpus ſit. Sicut homo qui peregre profectus,reliquit domum ſuam,& dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſq; operis, & ianitori p̃cepit vt vigilet. Vigilate ergo,neſcitis enim quando dominus domus veniat,ſero,an media nocte, an gallicantu, an mane,ne quum venerit

repen-

repente,inueniat vos dormientes. Quod aũt vobis dico, omnibus dico,vigilate. Ecce quid dicat dominus: Quod vobis dico(inquit) omnibus dico, vigilate,docuit. Et alibi: Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud aũt ſcitote,quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet,vigilaret vtiq;,& non fineret perfodi domũ ſuam. Ideo & vos eſtote parati,quia qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt. Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens,quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuã, & det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus,quẽ quum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amẽ dico vobis,quoniam ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Et iterum, poſteaquã enarraſſet parabolam de decẽ virginibus, quæ omnes dormitauerant atq; dormierant,tandẽ in Colophonem adiecit, dicens: Vigilate itaq;,quia neſcitis diem neq; horam. Et in alio loco dicendi quadam ingẽti copia ſic prædicat: Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris,& vos ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuum quando reuertatur a nuptijs,vt quum venerit & pulſauerit,confeſtim aperient ei. Beati ſerui illi,quos quũ venerit dominus , inuenerit vigilantes. Amen dico vobis,q; præcinget ſe & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia,& ſi in tertia vigilia venerit,& ita inuenerit,beati ſunt ſerui illi. Hoc aũt ſcitote , quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret,vigilaret vtiq;,& non ſineret perfodi domũ ſuam. Et vos eſtote parati,quia qua hora non putatis , filius hominis veniet. Et in monte Oliueti,quum ad patrem de tollẽdo calice oraret,& inueniſſet Petrum ac duos filios Zebedæi dormientes,ait illis: Vigilate & orate,ne intretis in tentationẽ. Et in alio loco: Vigilate(inquit)omni tpe orãtes , vt digni habeamini fugere omnia iſta quæ ventura ſunt,& ſtate ante filium hominis. Quis modo non videt dñm & ſaluatorem noſtrum totũ ad id intentum eſſe,vt non dormiamus,ſed vt vigilemus omni tẽpore. Paulus forte cõſiderans ex iuſſu domini,ad omnes pertinere vt vigilẽt. Romanos a ſomno his verbis excitat: Hora eſt iam(inquit)nos de ſomno ſurgere. Nũc eñi propior eſt noſtra ſalus,q̃ cum credidimus. Nox præceſſit,dies aũt appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ & induamur arma lucis,ſic vt in die honeſte ambulemus, Non in comeſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitijs, nõ in contentione & æmulatione , ſed induimini dominũ Ieſum Chriſtũ,& carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Corinthijs autem ſcribẽs ait: Fratres,vigilate,ſtate in fide,viriliter agite,& confortamini. Quum vero ſcriberet his qui fuerunt in Theſſalonica Macedoniæ: Nõ dormiamus(inquit)ſicut & cæteri. Ad Coloſſenſes: Orationi(inquit)inſtate,vigilantes in ea,gratiarũ actione orantes ſimul & pro nobis. Timotheo vero ſcribens,iubet & vult,vt & in omnibus vigilet. Sed & Petrus , qui ex gallicantu ſuſcitatus eſt: Sobrij eſtote(inquit)& vigilate,qa aduerſarius veſter diabolus tanquã leo rugiens circumit , quærens quem deuoret, cui reſiſtite

Matth. 24 · Matth. 25 · Lucæ. 12 · Lucæ. 22 · Roma. 13 · 1. Cor. 16 · 1. Theſſ. 5 · Coloſſ. 4 · 2. Timo. 4 · 1. Petri. 5

H fortes

ſortes in fide,ſcientes eandē paſſionem ei quæ in mundo eſt veſtræ frater‐
nitati fieri.Deus aūt omnis gratiæ , qui vocauit nos in æternam ſuam glo‐
riam in Chriſto Ieſu modicū paſſos ipſe perficiet, confirmabit; ſolidabitq́;,
ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum,Amē. Sed & Iohannes in Apo
Apoca.3 calypſi ſua commemorat , angelo eccleſiæ Sardis nuntiari hæc verba:Scio
opera tua,qa nomen habes,q̃ viuas,& mortuus es.Eſto vigilans & confir
ma cætera quæ moritura erant. Non eñ inuenio opera tua plena coram
deo meo.In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris & ſerua & pœ‐
nitentiam age.Si ergo nō vigilaueris,veniam ad te tanquam fur,& neſcies
Prouer.8 qua hora veniam ad te.Beatus ergo qui vigilat,beatus qui audit me,inquit
Sapientia,& qui vigilat ad fores meas quotidie,& obſeruat ad poſtes oſtij
mei,Qui me inuenerit,inueniet vitam & hauriet ſalutē a domino. Videant
hic quotquot vera pietate imbuti ſunt , vt omnes ſcripturæ ſacræ paſſim
doceant vigilantibus & non dormientibus , premium vitæ æternæ certo
futurum.

Quærere oportet. Cap. XX.

SVnt qui ſibi perſuadere & polliceri audent,inueniri dominum,etiam
ſi non quæſierint illum. Sed audiamus , quid de hac re ſcriptura ſen‐
Deute.4 tiat:Cum quæſieris (inquit Moyſes) dominū deum tuum, inuenies
eum.Si tamē toto cordo quæſieris,& tota tribulatione animæ tuæ, poſtquā
Hiere.29 te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt.Et per Hieremiam dñs ait:Ego ſcio
cogitationes quas cogito ſuper vos dicit dominus ; cogitationes pacis &
non afflictionis,& dem vobis finē & patientiam , & inuocabitis me & vi‐
uetis & orabitis me & ego exaudiam vos , quæretis me & inuenietis, Cum
quæſieritis me in toto corde veſtro,inueniar a vobis ait dñs,& reducam ca
ptiuitatem veſtram & congregabo vos de vniuerſis gentibus & de cunctis
locis ad quæ expuli vos,dicit dñs,& reuerti vos faciā de loco ad quē tranſ‐
migrare vos feci,qa dixiſtis:Suſcitabit nobis dñs prophetas in Babylone,
Ecce vt inuenitur ab his dñs qui toto corde quæſierint eum. Sed & in Euā
Math.6 gelio dominus ait:Quærite primum regnum dei & iuſtitiam eius, petite &
dabitur vobis,quærite & inuenietis,pulſate & aperietur vobis , Omnis eñ
Math.7 qui petit,accipit:& qui quærit,inuenit,& pulſanti aperietur.Et,ſimile eſt re
Math.13 gnum cœlorum homini negotiatori quærēti bonas margaritas,inuenta aūt
Lucæ.15 vna pretioſa magarita,abijt et vēdidit omnia quæ habuit et emit eam. Sed
et quæ mulier habens drachmas decem,et ſi perdiderit drachmā vnam,nō‐
ne accendit lucernam et euertit domū et quærit diligenter donec inueniat
eam,et quū inuenerit,conuocat amicas et vicinas,dicēs:Congratulamini mi
Lucæ.12 hi,qa inueni drachmā quam perdiderā.Nolite itaq; quærere qd māducetis
aut qd bibatis,Et,nolite in ſublime tolli,hæc aūt oïa gentes mūdi quærūt,
Pater

Pater autem veſter ſcit quia his indigetis, veruntamen quærite primum re gnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Paulus docet, ꝙ dñs deus reddet iuſto ſuo iudicio vnicuiq; ſecundũ opera eius, his quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam. Hanc nobis donare dignetur is, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Roma. 2

Dabit dominus vnicuiq; ſecundũ opera eius. Cap. XXI.

NOtiſſima & vſitatiſſima ſentẽtia eſt, ꝙ dñs eſt redditurus vnicuiq; ſecũdum opera eius, quæ non modo in pſalmis legitur, ſed & Paulus, Iohannes, imo ipſemet Chriſtus approbauere; quod enim cecinerat Dauid, hoc illud idem docuit Paulus. Oẽs eñ ſtabimus ante tribunal Chriſti, reddituri rationem deo eorũ quæ geſſimus in corpore, ſiue malum, ſiue bonum, id etiam ex prophetis videre licet, in Ezechiele eñ ſic legitur: Viuo ego dicit dominus deus, vir ſi fuerit iuſtus & fecerit iudicium & iuſtitiam, in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael & vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierẽ menſtruatam non acceſſerit, & hominẽ non contriſtauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit & nudũ operuerit veſtimento, ad vſuram nõ commodauerit & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manũ ſuam, & iudicium verũ fecerit inter virũ & virum, & in præceptis meis ambulauerit & iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatem, hic iuſtus eſt, vita viuet, ait dñs deus. Q; ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem, & fecerit vnum de iſtis, & hæc quidem omnia non facientem, ſed in montibus comedentem, & vxorẽ proximi ſui polluentem, egenum & pauperem contriſtãtem, rapientem rapinas, pignus nõ reddentem, et ad idola leuantem oculos ſuos, abominationem facientẽ, ad vſuram dantem et amplius accipientem, nunquid viuet? non viuet, Quum vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit, ꝙ ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit et non fecerit ſimile eis, ſuper montes non comederit, et oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael, et vxorem proximi ſui non violauerit, et virum non contriſtauerit, pignus non retinuerit, et rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, et nudum operuerit veſtimento, a pauperis iniuria auerterit manum ſuam, vſuram et ſuperabundantiam non acceperit, et iudicia mea fecerit, et in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet, Pater eius quia calumniatus eſt, et vim fecit fratri, et malum operatus eſt in medio populi ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua, Et dicitis: Quare nõ portabit filius iniquitatem patris? videlicet quia Ezech. 18

filius iudicium & iuſtitiam operatus eſt, omnia p̄cepta mea cuſtodiuit & fecit illa, viuet vita. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij, Iuſtitia iuſti ſuper eum erit & impietas impij ſuper eum. Si aūt impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit oīa præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non morietur, omniū iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor, in iuſtitia ſua quā operatus eſt, viuet. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dn̄s deus, & non vt conuertatur a vijs ſuis, & viuat? Si aūt auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundū omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnis iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabor, In præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato q̄d peccauit, in ipſis morietur, & dixiſtis: Non eſt æqua via dn̄i. Audite ergo domus Iſrael, nunquid via mea non eſt æqua, & nō magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Quum em̄ auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua & fecerit iniquitatē, morietur in eis, in iniuſtitia ſua quam operatus eſt, morietur, Et quū auerterit ſe impius ab impietate ſua, quā operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animā ſuam viuificabit. Conſiderans em̄ & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet & nō morietur. Et dicunt filij Iſrael, & nō magis viæ veſtræ prauæ, idcirco vnumquēq; iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait dn̄s deus. Conuertimini & agite pœnitētiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & nō erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite a vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis & facite vobis cor nouū & ſpm̄ nouum. Et quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem morientis, dicit dn̄s deus, reuertimini & viuite. Ecce quomodo vnus ille propheta Ezechiel, perpetua quadam oratione, ita loquente domino, declarat ad iuſtificationem impij, quid fieri oporteat & conueniat.

Bonorum operū retributor eſt deus. Cap. XXII.

VEterum ſententia eſt, nullum bonū vnquam fieri q̄ non remuneretur a deo, ſed hæc non ſine ſcriptura dicta ſunt, Nam poſteaquam Abel obtulit e primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, pro

Gene. 4 pterea reſpexit dn̄s ad Abel & ad munera eius, ad Cain aūt & ad munera illius non reſpexit. Videns deniq; deus q̄ multa malitia hominū eſſet in terra, et cuncta cogitatio cordis eſſet intenta ad malum omni tempore, ſtatuit

Gene. 6 aquis diluuij delere hominē a facie terræ, ab homine vſq; ad animantia, a reptili vſq; ad volucres cœli, ſolus Noe inuenit grām corā deo, quia vir iuſtus erat atq; perfectus in generationib[9] ſuis et ambulauit cū deo. Propter quod

Gene. 7 ait ad eum dominus, ingredere tu et oīs domus tua in arcam, te em̄ vidi iuſtum corā me in generatione hac. Ecce vt Noe qui vir iuſtus erat, et ambulans

lans cum deo, liber & immunis euaſit à diluuio. Et ad Abrahã: Per memet-ipſum iuraui, dicit dñs, quia feciſti hanc rem, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicã tibi & multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cœli & velut arenã quæ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuũ portas inimicorũ ſuorꝝ, & benedicent in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Mandauerat Pharao obſtetricibus Hebræorꝝ, præcipiens eis, quãdo obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, ſi maſculus fuerit, interficite eum: ſi fœmina, reſeruate. Timuerunt aũt obſtetrices deum; & non fecerunt iuxta præceptũ regis Aegypti, ſed cõſeruabant mares. Quibus ac cerſitis ad ſe rex ait: Quidnã eſt hoc quod facere voluiſtis vt pueros ſeruaretis? Quæ reſponderũt: Non ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres. Ipſæ eñ obſtetricandi habẽt ſcientiam, & priuſquã veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit deus obſtetricibus, & creuit populus, cõfortatuſq; eſt nimis. Et qa timuerũt obſtetrices deũ, ædificauit eis domos. Si qs ignarus linguæ ſanctę legerit qđ latine ſcriptũ eſt, quõ dñs ædificauerit illis domos, prima cogitatione putabit deũ illis. ſ. obſtetricibus in fœĩno gñe dũtaxat, ædificaſſe domos. At hebraica veritas maſculinũ habet. Legit eñ his verbis in Hebræo, Geñ.22 Exodi.1.

המילדות את האלהים ויהי כי יראו

Ita vt deus non ſolum fœminis, ויעש להם בתים Vaiehi chi iaren hameialeth eth haelohim vaiaas lahem batthim, Sed & maſculis harꝝ obſtetricũ hæredibus, ædificauerit domos, quo tam bono operi plenã, & per omnia perfectã retributionẽ faceret. Sed de Ioſue ſcriptũ eſt: Quadraginta annorũ eram (inquit Ioſue) quando miſit me Moyſes famulus domini de Cadeſbarne, vt cõſiderarem terrã, nuntiauiq; ei quod mihi verũ videbatur. Fratres aũt mei q aſcenderãt mecũ, diſſoluerũt cor populi, & nihilominus ego ſequutus ſum dominũ deũ meũ. Iurauitq; Moyſes in die illo, dicẽs: Terra quã calcauit pes tuus, erit poſſeſſio tua & filiorꝝ tuorꝝ in æternũ, quia ſequutus es dominũ deũ tuum. Cõceſſit ergo dominus vitã mihi ſicut pollicitus eſt vſq; in pſentẽ diem. Quadraginta & quinq; anni ſunt ex quo loquutus eſt dominus verbũ iſtud ad Moyſen quãdo ambulabat Iſrael p ſolitudinẽ. Hodie octogintaquinq; annorꝝ ſum, ſic valẽs, vt eo valebã tẽpore, quãdo ad explorandũ miſſus ſum, illius in me tẽporis fortitudo vſq; hodie perſeuerat tã ad bellandũ q̃ ad gradiendũ. Da ergo mihi montẽ iſtũ quem pollicitus eſt dñs te quoq; audiente, in quo Enachim ſunt, & vrbes magnę atq; munitæ, ſi forte ſit dominus mecũ, & potuero delere eos, ſicut promiſit mihi, benedixitq; ei Ioſue, & tradidit ei Hebron in poſſeſſionem atq; ex eo fuit Hebron Caleph filio Iephone Zenezeo vſq; in pſentẽ diem, quia ſequutus eſt dñm deũ Iſrael. Et in regnorꝝ libro quarto dicit dñs ad Iehu: Quia ſtudioſe egiſti qđ rectũ erat & placebat in oculis meis, & oĩa quæ erant in Ioſue.14 Ioſue.15 4.Reg.10

corde meo feciſti contra domũ Achab, filij tui, vſq; ad quartã generationẽ, ſedebunt ſuper thronũ Iſrael. Porro Iehu non cuſtodiuit vt ambularet in le
Iudic. 17 ge dñi dei Iſrael, in toto corde ſuo, nõ eñ receſſit a peccatis Hieroboam, qui peccare fecerat Iſrael. Sed & Michas de monte Ephraim tantæ ſpei fuit ad deũ, vt quũ illi datũ eſſet penes ſe habere ſacerdotẽ de Bethlehem Iuda, cõ ſidenter dixit, ſcio, q bene faciet mihi deus habẽti Leuitici generis ſacerdo
2. Reg. 6 tem. Sic benedixit dominus Obededom, propter arcã cui dederat hoſpitiũ.
Hiere. 39 In Hieremia ſic legitur: Ad Hieremiam factus fuerat ſermo domini, Vade & dic Abdemelech Aethiopi, dicẽs: Hæc dicit dominus exercitũ, deus Iſrael, Ecce ego inducã ſermones meos ſuper ciuitatẽ hanc in malũ & nõ in bonũ, & erunt in conſpectu tuo in die illa, & liberabo te in die illa, ait dñs, & non traderis in manus viroꝝ quos tu formidas, ſed eruens liberabo te & gladio non cades, ſed erit tibi anima tua in ſalutẽ, quia in me habuiſti fiduciã, ait do
Hiere. 35 minus. Et in eodẽ Hieremia: Domui Rechabitaꝝ dixit Hieremias, Hæc dicit dominus exercituũ, deus Iſrael, pro eo q obediſtis ꝓcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandta eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis, propterea hæc dicit dominus exercituũ, deus Iſrael, Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Ex his itaq; & q̃plurimis alijs exemplis manifeſte probatũ eſt bonoꝝ operum retributorẽ eſſe deum. Pleruq; etiã non modo in merẽtem, ſed & quandoq; & vt plurimũ, etiam in alterum.

Bona ſpe retributionis a deo poſſunt fieri bona. Cap. XXIII.

SVnt qui nõnullos a bonis abſterrẽt operibus, propterea q bonorum opeꝝ retributio nulla ſit ſperãda a deo. Sed quid hac de re ſentiat re
Pſal. 118 gius ille Pſaltes & propheta Dauid, primo loco audiamus: Inclinaui (inquit) cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ propter retributionem. Ecce quid dicat propheta, Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ propter retributionẽ. Et vbi gratias egit domino, q
2. Reg. 22 liberauerat eũ de manu omnium inimicoꝝ ſuoꝝ, & de manu Saul, ait: Re
Pſal. 17 tribuet mihi dominus ſecundũ iuſtitiã meã, & ſecundũ mundiciam manuũ meaꝝ reddet mihi, q̃a cuſtodiui vias dñi, & nõ egi impie a deo meo. Om
Ibidem. nia eñ iudicia eius in cõſpectu meo, & ꝓcepta eius non amoui a me, & ero perfectus corã eo, & cuſtodiã me ab iniquitate mea, & reſtituet mihi dominus ſecundũ iuſtitiã meã, & ſecundũ mundiciam manuũ meaꝝ in cõſpectu
Pſal. 18 oculoꝝ ſuoꝝ. Et in alio pſalmo: Iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſis deſiderabilia ſuper auꝝ & lapidẽ pretioſum multũ, & dulciora ſuper mel & fauũ, Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa. Et in hoc beatiſſimo pſalmo centeſimo decimooctauo, ſic orat ad dominum
1. Reg. 26 In iuſtificationibus tuis meditabor, nõ obliuiſcar ſermones tuos, retribue ſer

·uo tuo. Et hoc eſt q̃d Dauid ad Saulem ait: Dñs retribuat vnicuiq; ſecun- dum iuſtitiam ſuã & fidẽ. Sed de his quid ſenſerit Salomon filius eius, audia mus: Fœneratˀ (inquit) dño, qui miseretˀ pauperis, & viciſſitudinẽ ſuã reddet ei qui ſequitˀ iuſtitiã & miſericordiã, inueniet vitã & iuſtitiam & gloriam. Et iter̃ idẽ Salomon: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illũ: ſi ſitierit, da ei aquã bi bere, prunas em̃ congregabis ſuper caput eius, & dominus reddet tibi. Hu ius prouerbij tanta vis fuit & authoritas, vt etiam Paulus citauerit illam at- q; eandem quaſi multæ ædificationis ſententiã, ad Romanos ſcribẽs, Quar- to Eſdræ octauo ſic legitur: Iuſti quibus ſunt opera multa repoſita, ex pro- prijs operibus recipient mercedẽ. Et Nehemias ad dominũ loquens & orãs ait: Memento mei deus meus in bonũ ſecundũ omnia quæ feci populo huic. Et hoc eſt q̃d optauit Booz illæ Moabitidi mulieri: Nuntiata ſunt mihi (in- quit) omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortẽ viri tui, & q̃ reliqueris paren tes tuos, & terrã in qua nata es, & veneris ad populũ quẽ antea neſciebas, reddet tibi dominus pro ope tuo, & plenã mercedẽ recipies a dño deo Iſrael ad quẽ veniſti, & ſub cuius cõfugiſti alas. Ex his facile colligendũ eſt, bona opera fieri poſſe bona ſpe retributionis a deo. Nã & prioribus accedit ſentẽ- tia, quæ omnium veriſſima eſt, Salomonis docentis: Peccatores perſequitur malum, & iuſtis retribuentur bona.

1. Reg. 26. Prouer. 19. Prouer. 25. Roma. 12. Ruth. 2. Prouer. 13.

Deus non modo bonorum, ſed & malorum retributor eſt. Cap. XXIIII.

SVnt qui putant, idq; docere audent, quaſi deus non ſit etiã retributor malorũ. Sed audiant quid aduerſus hos ſcriptura docet, ſic in Eſaia le- gimus: Dicite iuſto, q̃m bene, q̃m fructũ adinuentionũ ſuarum come- det, ne impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Et in eodem Eſaia: Ecce ſcriptum eſt, coram me non tacebo, ſed reddãm & retribuam in ſinu eorum iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum, ſimul dicit dominus, & finem prophetiæ facere volens, prophetauit in hæc verba: Ecce dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadriga eius, reddere in indignatio ne furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia in igne do- minus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a domino, qui ſanctificabant & mundos ſe putabãt in hortis poſt ianuam intrinſecus, qui comedebant carnem ſuillam & abominationem & murem, ſimul conſumentur dicit dominus. Ego autem opera eorum & co- gitationes eorum venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis, & venient & videbunt gloriam meam. Sed & per Hieremiam: Reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum fructum manuum eorum. Dauid: Re tribuet abundanter facientibus ſuperbiam, reddere retributionem ſuper- bis. Et Abdias contra Edom ait: Sicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam

Eſaia. 65. Eſaiæ vlt. Pſal. 30. Pſal. 93. Abd. vnico

Naum.1. conuertet in caput tuum. Et Naum: Deus æmulator & vlciſcens dominus,
Naum.1 vlciſcens dñs & habens furorẽ, vlciſcẽs dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens
ipſe inimicis ſuis, ſicut reddidit ſuperbiã Iacob, ſic ſuperbiã Iſrael cognouit
hoc ſuo malo peſſimo, Aonibezech cæſis ſummitatibꝰ manuũ eius ac pedũ
in hæc verba loquẽs: Septuaginta reges amputatis manuũ ac pedũ ſummi-
tatibus, colligebãt ſub menſa mea ciborꝝ reliquias. Sicut feci, ita reddidit mi
hi dominus. Adduxerũtq́ eum in Hieruſalẽ, & ibi mortuus eſt. Et hoc eſt
Deut.32 q̃d dominus ait: Mea eſt vltio, & ego retribuam mihi vindictã. Et Dauid:
Roma.12 Hebræ.10 Ne ſimul tradas me cũ peccatoribus & cũ operantibus iniquitatẽ ne perdas
me, qui loquunt̃ pacẽ cũ proximo ſuo, mala aũt in cordibus eorꝝ, da illis ſe-
cundũ opera eorꝝ, & ſecundũ nequitiam adinuentionũ ipſorꝝ, ſecundũ ope
ra manuũ eorꝝ tribue illis, redde retributionẽ eorꝝ ipſis, qm̃ non intellexerũt
opera domini, & in opera manuũ eius deſtrues illos & non ædificabis eos.
Ecce quomodo deus non modo bonorꝝ, ſed & malorꝝ retributor eſt. Nolu
mus hic diſſerere, aut in contentionẽ venire, de merito digni, cõdigni & cõ-
grui, nẽ a propoſito noſtro diſcedere aut reſilire videamur. Cõſtituimus aũt
penes nos aliud nihil afferre in mediũ, q̃ quod os dñi loquutũ eſt.

Non modo in veteri, ſed & nouo teſt. retributio bonorum operum fundamentum habet. Cap. XXV.

QVi hoc infelici ſeculo non verent̃ opera damnare bona, conſueue-
re falſa eorꝝ dogmata ea parte fulcire quod in Euãgelio nõ ſit nec
inueniat̃ vlla bonorꝝ operꝝ retributio, his aũt impijs & ſine ſen
ſu dei loquẽtibus plus vno loco aduerſat̃ euangelica veritas, Nã dominus
& ſaluator noſter docere volens, quos & quales ad cõuiuia ſiue prandiũ ſiue
Lucæ.14 cœnã vocare oporteat, ait: Quũ facis prandium aut cœnã, noli vocare ami-
cos tuos, neq́ fratres tuos, neq́ cognatos, neq́ vicinos, neq́ diuites, ne for
te & ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio, ſed quum facis conuiuium, voca
pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retri-
buere tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.
Quid hac ſententia poſſet eſſe manifeſtius, qua cuncti Chriſtifideles au-
diunt ab hominibus non eſſe retributionem expectandam. quin potius, ſi
quis vocauerit pauperes, debiles, claudos, & cæcos, liceat illi ſperare retribu
tionem in retributione iuſtorum Simon Petrus os quidem & vertex Apo
Math.19 lorum ſuo & aliorum nomine confidenter ait ad dominũ: Domine, ecce re-
liquimus omnia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit
illis: Amen dico vobis, q̃ qui ſequuti eſtis me, in regeneratione, quũ ſederit
filius hoĩs in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim, iudi-
cantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres,
aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter
nomẽ

nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Cæterum triplicia bona opera in Euangelio, quando declarare vult dñs: Te faciente (inquit) eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcõdito, reddet tibi. Tu quũ oraueris, intra cubiculũ tuum, & clauſo oſtio, ora patrẽ tuum in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autẽ nolite multum loqui ſicut ethnici faciunt. Tu quũ ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuã laua, ne videaris hoĩbus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondiſo, & pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi. Et dominus tam eſt in retribuendo diues in omnes, vt quicunq; recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, & quicunq; potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem quum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Et ſeruo fideliter negotianti dicit: Euge bone ſerue, quia fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates, intra in gaudium domini tui. Et quando venerit filius hominis in gloria patris ſui cum angelis ſuis, tũc reddet vnicuiq; ſecundũ opera eius. Hac ſpe retributionis nonnulli ſeſe caſtrauerũt propter regnum cœlorũ. Et Paulus Apoſtolus: Omnia facio (inquit) propter Euangelium, vt particeps eius efficiar. Et ad Timotheum: Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illũ diem, iuſtus iudex. Et ad Coloſſenſes docet in hæc verba: Quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes deo & patri per ipſum. Mulieres, ſubdite eſtote viris ſicut oportet in dño. Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas, Filij obedite parẽtibus per omnia, hoc em̃ placitum eſt domino. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculũ ſeruientes quaſi hoĩbus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timẽtes dñm. Quodcunq; facitis, ex animo operamini, ſicut dño & non hoĩbus, ſcientes q̃ a dño accipietis retributionẽ hæreditatis, domino Chriſto ſeruite. Qui em̃ iniuriam facit, recipiet id q̃d inique geſſit, Et nõ eſt perſonarũ acceptio apud deum. Ad Hebræos aũt in hæc verba ſcribit: Nõ iniuſtus eſt deus vt obliuiſcat operis veſtri & dilectionis quã oſtẽdiſtis in noĩe ipſius, q miniſtratis ſanctis & miniſtratis. Cupimus aũt vnumquẽq; veſtrũ eandem oſtentare ſolicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finem, vt non ſegnes efficiamini, verũ imitatores eorũ q fide & patientia hæreditabũt promiſſiões. Propterea nolite (inqt) amittere cõfidentiã veſtrã, q magnã habet remu-

Matth. 6
Ibidem.
Ibidem.
Matth. 10.
Marci. 9
Matth. 24
Lucæ. 19
Matth. 16
I. Cor. 9
2. Timo. 4
Coloſſ. 3
Hebræ. 6.

Hebr.10 remunerationem. Deus enim inquirentibus ſe, remunerator eſt. Videmus
Hebræ.11 itaq; ex his, quæ iam obiter dicta ſunt, vt certo q; veraciter ſit deus remuneſ rator bonorum omnium, nec ſolum bonorum, ſed & malorũ retributor eſt, quemadmodũ & ſupra prælibare cœpimus. Si eñ omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtã mercedis retributionẽ, quõ nos effugiemus ſi tan
2.Timo.4 tam neglexerimus ſalutẽ? Et de Alexandro Aerario Paulus teſtať, q; multa
2.Cor.5 mala ſibi oſtenderit, ſed redditurus ſit illi dominus ſecundũ opera eius, Oẽs eñ nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; pro prij corporis prout geſſit, ſiue bonũ ſiue malum. Si hæc vera ſunt, ſicut falſa eſſe nõ poſſunt, quid ergo tam inſolẽter nonnulli pdicant, deo de bonis & malis operibus nullã vel bene vel male placitã habere voluntatem.

Quicunq; operatur iuſtitiam, is benedictionem & miſericor- diam accipiet a deo ſalutari ſuo. Cap. XXVI.

Pſal. 23 INterrogat in ſpiritu Dauid, dicens: Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius, & meretur ad hæc audire, innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animã ſuam, nec iu- rauit in dolo proximo ſuo, hic accipiet benedictionẽ a domino & miſericor
Pſal.14 diam a deo ſalutari ſuo? Et iterũ in ſpiritu quærit & dicit: Dñe quis habita- bit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo, & mereť au dire reſponſum, qui ingrediť ſine macula & operať iuſtitiam? Ecce qui ope- ratur iuſtitiã, id eſt bona opera, habitabit in tabernaculo dñi & requieſcet olim in monte ſancto dei. Tale quid in Eſaia legimus in hęc verba: Qui am bulat in iuſtitijs & loquitur veritatem, qui projicit auaritiam ex calumnia & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obdurat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videant malum, iſte in excelſis habita-
Eſaiæ.33. bit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius. Et in alio loco idem Eſaias: Ocu-
Eſaiæ.64 lus non vidit, deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Occurriſti lætanti & facienti iuſtitiam, id eſt, bona opera. Sed iam patienter audiat quiſquis hæc legerit, quid in alio loco, quaſi de pleno fonte, docuerit Eſaias:
Eſaiæ.58 Frange (inquit) eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſq; induc in domum tuam, quum videris nudum, operi eum, & in carnẽ tuam ne deſpexeris. Tũc erumpet quaſi mane lumen tuum, et ſanitas tua citius oritur, et anteibit fa- ciem tuam iuſtitia tua, et gloria domini colliget te, tunc inuocabis et domi nus exaudiet, clamabis et dicet, ecce adſum, qa miſericors ſum dominus de- us tuus, Si abſtuleris de medio tui catenam et deſieris extendere digitum, et loqui quod non prodeſt, Quũ effuderis eſurienti animã tuam, et animã af- flictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erũt ſicut meri dies, et requiẽ tibi dabit dñs deus tuus ſemp, et implebit ſplẽdoribus animã tuam, et oſſa tua liberabit, et eris quaſi hortus irriguus, et ſicut fons aqua- rum

rum,cuius non deficient aquæ,Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorũ fundamenta,generationes & generationes ſuſcitabis, Et vocaberis ædificator ſepium, auertens ſemitas in quietem. Ecce quomodo pollicetur Eſaias franti panem pro famelico & operienti nudum, quod huius iuſtitia ante itura ſit faciem eius, talemque ſit collectura gloria domini. Hoc eſt quod in Pſalmis legitur: Diſperſit,dedit pauperibus,iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi,cornu eius exaltabitur in gloria,Tota die miſeretur & commodat, & ſemen illius in benedictione erit. In Ezechiele clara ſunt verba prophetæ: Iuſtus in iuſtitia ſua quam fecit,viuet. Quod ſi hominis iuſtitia nulla eſt, quomodo poterat ergo Daniel reſpondere regi,ac dicere? Rex in æternum viue,deus meus miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi,quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me. Vel, quomodo Paulus docuit? Sancti per fidem vicerunt regna, operati iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones,in Chriſto Ieſu domino noſtro. Imo ipſe Chriſtus quomodo docere potuiſſet? Attendite,ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hoĩbus. Et,niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã ſcribarum & phariſæorum,non poteritis intrare in regnum cœlorum. Stat itaque firmiſſime quod Dauid ait ad Saulem: Dominus retribuet vnicuique ſecundum iuſtitiam ſuam. Iuſtitiã autem eam putamus,fidẽ viuam & iuſtificantem,quæ per charitatem operatur bona opera.

Pſal.111. Ezech.18 Danie.6 Hebr.11. Matth.6 1.Reg.26

Bonorum operum in veteri teſtamento multiplex & varia promiſſio ac remuneratio fuit. Cap. XXVII.

SCrutantibus nobis ſcripturas teſtamenti veteris, licet videre varias promiſſiones & remunerationes bonorum operum, aliquando enim promittitur longa vita, Sic enim legitur: Honora patrem & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram, Quam ſcripturam etiam Paulus repetit, & de conſtituendo rege inter filios Iſrael, inter cætera præcepit, dicens: Non eleuetur cor eius in ſuperbiam, neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael. Et in Pſalmis de eo, qui habitat in adiutorio altiſſimi, longitudine dierum (ait dominus) replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Salomon: Fili mi (inquit) ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat, longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi. Et in Hieremia legitur, Ionadab filium Rechab præcepiſſe Rechabitis, vt habitarent in tabernaculis, quo viuerent diebus multis. Et hæc ſunt præcepta & cerimoniæ atque iudicia quæ mandauit dñs deus veſter, vt docerem vos, vt faciatis ea in terra ad quam tranſgredimini poſſidendam, vt timeas dominum deum tuum, & cuſtodias oĩa mandata & pcepta eius, quæ ego præcipio tibi, & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ,

Exod.20 Matth.15 Marci.7 Deute.5. Deuter.17 Pſal.90 Prouer.3 Deut.6

tuæ, vt prolongentur dies tui. Audi Iſrael & obſerua, vt facias quæ præcepit tibi dominus, & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. Audi Iſrael, dñs deus veſter deus vnus eſt. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota ſortitudine tua. Eruntq́ꝫ verba hæc quæ ego pcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua & ambulans in itinere dormiens atq́ꝫ conſurgens, Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntq́ꝫ & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribeſq́ꝫ ea in limine & oſtijs domus tuæ. Ecce quomodo ſæpe

1. Para. 28 fuit præcepta ſeruantibus promiſſa longior vita, inſuper promittitᷣ aliquando poſſeſſio terræ, id quod in Deute. frequẽs eſt. Cuſtodite (inquit Dauid) & perquirite cũcta mandata dñi dei noſtri, vt poſſideatis terram bonam & relinquatis eam filijs veſtris, poſt vos vſq́ꝫ in ſempiternũ. Porro aliquoties legimus a deo promiſſam eſſe terram lacte & melle manantem. Sed & Dauid Pſal. xxxvi. ſic ait: Spera in domino & fac bonitatem, & inhabita terram & paſceris in diuitijs eius, Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui, reuela domino viam tuam, & ſpera in eo & ipſe faciet, & educet quaſi lumen iuſtitiam tuam & iudicium tuum tanquã meridiem. Cæterum, ſuſtinentes dominum ac qui manſueti ſunt, hæreditabunt terram. Et propterea idẽ

Exodi. 3 ipſe rex Dauid credit olim ſe videre bona domini in terra viuẽtium, de qua

Deut. 8 Pſal. 26 & in monte dominus ait: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt (procul du

Eſaiæ. 57 bio) terram viuẽtium. Vnde in Eſaia ſic ait dominus: Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem ſanctum meum. Promittitᷣ

Hiere. 6 & aliquando gratia & gloria dñi. Vnde per Hieremiam: State ſuper viam,

Hiere. 7 & inuenietis requiem ſuper animabus veſtris. Et iterum per Hieremiã; Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicẽtes: Templum dñi, templum domini, templum dñi eſt, Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras & ſtudia veſtra, ſi feceritis iudicium inter virum & proximum eius, aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis, habitabo vobiſcum in loco iſto in terra quam dedi patribus veſtris a ſeculo vſq́ꝫ in ſeculum, Promittitur vt plurimum ac ſæpe, vita & gloria. Sic eñi in

Tobiæ. 2 Tobia legimus: Filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus quam deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Et iterum in

Tobiæ. 3 Tobia: Hoc ſcio, ꝙ qui colit te, coronabitur, ſi vita eius in probatione fuerit.

Tobiæ. 4 Et iuniorem Tobiam docet: Multa bona habebim⁹, ſi timuerimus deum & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimᵘ bene. Promiſſum eſt itaq́ꝫ nobis

4. Eſd. 7 Pſal. 36. immortale tempus, Nam nouit dominus dies immaculatorum, & hæredi-

Pſal. 83 tas eorum in æternum erit, Neq́ꝫ priuabit bonis eos qui ambulant in inno-

Prouer. 12 centia, Et de fructu oris ſui vnuſquiſq́ꝫ replebitur bonis & iuxta opera manuum

nuum ſuarum retribuetur ei. Et hoc eſt quod pax multa diligentibus legem Pſal. 118
dei. Eſto itaque in timore domini tota die, quia habebis ſpem in nouiſſimo, Prouer. 23
& præſtolatio tua non auferetur.

De remuneratione bonorum, Eſaias plus clarius prophetis cæteris prædixiſſe legitur.
Cap. XXVIII.

MVlta, multi prophetæ prædixerunt de remuneratione bonorum operum, quale eſt illud: Quærite bonum & non malum, vt viuatis, quale etiam hoc eſt in Hieremia, quod ait dominus exercituum, Amos. 5
deus Iſrael, vt viuatis, & tamen de vita æterna, de gloria domini, de gaudio ineffabili quod futurum erit in alio mundo, clarius ſcripſit Eſaias quàm quiſque prophetarum alius. Sic enim in Eſaia legimus: Hęc dicit dominus eunuchis: Eſaiæ. 56
Qui cuſtodierint ſabbata mea & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filijs & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit, & filios aduenæ qui adhærent domino vt colant eum & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos omnem cuſtodientem ſabbatum, ne polluat illud, & tenentem fœdus meum, adducam eos in montem ſanctum meum & lætificabo eos in domo orationis meæ, Holocauſta eorum & victimæ eorum placebũt mihi ſuper altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis, ait dominus deus, qui congregat diſperſos Iſrael. Quid pro hæc eſt Eſaiæ. 54
hæreditas ſeruorum domini, quod ipſi videbunt gloriam domini. Faciet enim Eſaiæ. 31 Eſaiæ. 25
dominus exercituum omnibus populis in monte iſto hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ, & præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam ſortitus eſt ſuper omnes nationes, præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet dominus deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra, quia dominus loquutus eſt, & dicent in die illa: Ecce deus noſter iſte, expectabimus eum, & ſaluabit nos. Et in alio loco quaſi per exaggerationem Eſaias ait: Et ſedebit Eſaiæ. 32
populus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta; nam ecce merces eius cum eo, & a populo non audierunt neque auribus perceperunt. Oculus quippe non vidit, deus præter te quæ faciet expectantibus eum, occurriſti gaudenti in te & facienti iuſtitiam. Eſaiæ. 62 Eſaiæ. 64 I. Cor. 2
Frange itaque eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum Eſaiæ. 58
tuam, quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris, tum erumpet quaſi mane lumen tuũ, & ſanitas tua citius orietur & gloria dñi colliget te. Ex his arbitror nunc magna ex parte probatum eſſe, vt Eſaias diui-

nus ille propheta, præ cæteris copioſius ac diuinius prophetauerit, & gratiã, & gloriam omnibus deum diligentibus & eius mandata ſeruantibus.

Qꝫ bene operantibus in veteri teſtamento latentibus quibuſdam verbis, & in ænigmate promiſſum eſt, hoc ſub euangelio manifeſtis verbis declaratur. Cap. XXIX.

ETſi verum ſit, bene operantibus in veteri teſtamento ſub Moyſe promiſſiones fuiſſe multas, ſed vſque in hodiernum diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum q̃d in Chriſto euacuatur, Sed & vſqꝫ in hodiernum quum legitur Moyſes, velamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum, quum autem conuerſus fuerit ad deum, auferetur velamen, Nempe ſub euangelio manifeſtis verbis pro mercede bonorũ operum promittitur regnum cœlorum, promittitur & vita æterna. De mercede
Matth.5. iam notum eſt, in monte quum aperiret os ſuum dominus, in hæc verba prędicatum eſt: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram, Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequẽtur, Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur, Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Beati eſtis quum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me. Et tandem cum exclamatione quadam vehementi dominus ait: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Ecce ꝙ antea nec in montibus nec in vallibus eſt auditũ regnum cœlorum, aperiente domino in monte os ſuum, prædicatur perpetuo ac in æternum & vltra duraturum regnum cœlorum. Eſt inſuper in euangelio genus hominum, quod mercedem bonorum operum non habebit apud patrem, qui in cœlis eſt, eleemoſynam eñ facientes, vt honorificentur ab hominibꝰ; receperunt mercedem ſuam, & quod de illis decretũ eſt itidem fiet, de orantibus ac ieiunantibus hac ſola cogitatione vt videãtur ab hominibus, nam & illi receperunt mercedem ſuam, vt qui ſuſceperit vnum paruulum talem
Matth.18 in nomine meo, me ſuſcepit, Et, quodcunqꝫ feciſtis vni ex minimis meis his fratribus, mihi feciſtis, & his ſolis dicet filius hominis, quando ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis
Matth.25 regnum a conſtitutione mundi: eſuriui eñ, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Quid ꝙ
Matth.20 ille paterfamilias qui plantat vineam ſuam, exit primo mane, exit circa horã

tertiam,egreditur & circa ſextam & nonam horas,& conducit operarios in in vineam ſuam,fecitq́ conuentionem cum operarijs, & minime cum otioſis, & quando ſero factum eſt, dicit dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios & redde illis mercedem. Ecce quomodo paterfamilias facit euocari operarios,& iubet illis dari mercedē. Cæterum ſic docuit dn̄s: Qui metit,mercedē accipiet,& congregat fructū in vitā æternam. Iohan. 4

Paſſim in euangelio mandata dei ſeruantibus promittitur vita æterna. Cap. XXX.

QVi credit in me(inquit dominus)habet vitam æternā, Qui manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum, Qui ſequitur me,non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, Si quis ſermonē meū ſeruauerit,non guſtabit mortem in æternum, Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur,& vbi ego ſum,illic & miniſter meus erit, Si quis mihi miniſtrauerit,honorificabit eum pater meus, Si quis diligit me,ſermonē meū ſeruabit, & pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& manſionem apud eū faciemus. Et, Amen amen dico vobis,quia plorabitis & flebitis vos,mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini,ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium,& gaudium veſtrū nemo tollet a vobis. Et interroganti Petro, atque dicenti,ecce nos dimiſimus om̄ia & ſequuti ſumus te. Reſpondit dominus: Amen dico vobis,nemo eſt qui relinquit domū,aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum dei,& non recipiat multo plura in hoc tempore,& in ſeculo futuro vitā æternam. Propterea,qui mandata ſeruauerint,vitam æternam habebunt,& mandata eius, vita æterna eſt. Credentes quoque habebunt vitam in nomine ipſius, &,qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit eam,& qui ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet vitam æternam,& hæredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Nunc etiā liberati a peccato,ſerui autē facti deo,habemus fructum in ſanctificationem,finem vero vitam æternam, Et hæc eſt repromiſſio quā ipſe pollicitus eſt nobis,vitam æternam. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis deus,& hæc vita in filio eius eſt. Qui habet filium dei,habet vitam: qui non habet filium dei,vitam non habet. Hæc ſcribo vobis,vt ſciatis quia vitam habetis æternam,qui creditis in nomine filij dei. Ex quibus omnibus clarum fit, mercedem dari pro bonis operibus. Et hæc eſt merces illa magna nimis,eſſe & gaudere cū Chriſto.

Iohan.6 Iohan.8 Iohan.12 Ibidem. Iohā.14 Matth.19 Iohā.12 Iohā.20 Iohā 12 Galat.6 Ad Tim.3 Roma.6 1.Iohan.2 1.Iohan.5

Bona opera poſſunt a Chriſtiano homine fieri ſub ſpe vitæ æternæ,potiſſimum ab exemplo & doctrina Pauli. Cap. XXXI.

SVnt noſtris temporibus plus debito naſuti homines, docentes, nequaquam poſſe aut debere fieri bona opera ſub ſpe vitæ æternæ, quibus & ſuperius pro parte reſponſum eſt, nihilominus paulo profuſius eandem rem hic tractare volumus, & ir profeſſo eſt, ꝙ non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. At dominus interea non vult caſſam & vanam haberi ſpem vitæ æternæ, propterea vir ille beatus eſt, qui ſuffert tentationem, quoniam quũ probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe, Necꝗ coronabitur quiſquam niſi qui legitime certauerit. Et hoc eſt quod Sara, filia Raguelis, ait: Hoc pro certo habet omnis homo qui colit te, quod vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur, ſi autem in tribulutione fuerit, liberabitur, & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit, Non enĩ delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatẽ tranquillum facis, & poſt lachrymationẽ & fletũ, exultationẽ infundis, ſit nomẽ tuũ deus Iſrael benedictũ in ſecula. Quid quod Paulus Apoſtolus ait: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronã accipiant, nos autem incorruptam. Et ad Timotheum ſcribens, ait: Tempus reſolutionis meæ inſtat, bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Quis ex his non videret coronam vitæ, nõ modo promitti, ſed certo dari bonum certamen certãtibus. Et hoc eſt quod in Eſdra legitur, vt ſingulis imponuntur a ſilio dei coronæ, de quibus interrogatus angelus, Qui ſunt hi dñe? Reſpondit: Hi ſunt qui mortalẽ tunicam depoſuerunt, & immortalem ſumpſerunt, & confeſſi ſunt nomen dei, modo coronantur & accipiunt palmas. Et hoc idem in Apocalypſi ſua Iohannes docuit, vt vincenti daretur corona, daretur & manna, In hoc enĩ laboramꝰ & maledicimur, quia ſperamus in deũ viuũ, ſcientes, ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ædificationem ex deo habemus domum non manufactam, ſed æternam, in cœlis, Nam & in hoc ingemiſcimus habitationem noſtram quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes, ſi tamẽ veſtiti & nõ nudi inueniamur, Nãm & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus, grauati, eo ꝙ nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt a vita. Et iterum idem Paulus de ſeipſo inquit: Scio cui credidi, quia potens eſt dominus ſeruare mihi depoſitũ meum in illum diem. Alioqui, ꝙ ſi hæc quæ hic aſſeueramus ſubſiſtere nõ poſſent, quomodo docuiſſet in alio loco ipſe magiſter & doctor gentium: Pietas ad oĩa vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, In hoc enĩ laboramus & maledicimur, quia ſperamus in deũ viuũ, qui eſt ſaluator omniũ hominũ, maxime fidelium, præcipe hæc & doce. Vel quomodo docuiſſet idẽ electionis vas dilectũ ſuũ in fide filium Timotheũ

Marginal notes: Roma. 8 — Iaco. 1. — Tobiæ. 3 — 1. Cor. 9 — 2. Timo. 4 — 4. Eſd. 2 — 1. Timo. 4 — 2. Cor. 5 — 2. Timo. 1. — 1. Timo. 4 — 1. Timo 1.

motheum: Certa bonum certamen fidei, & apprehende vitam æternam, in 1.Timo.6
qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionẽ coram multis teſtibus, præ-
cipio tibi coram deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimoniũ red
didit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionẽ, vt ſerues mandatum ſine macu
la irreprehenſibile, vſq; in aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, quẽ ſuis tem-
poribus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum & dominus dominan-
tium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilẽ, quem
nullus hominũ vidit, ſed nec videre poteſt, cui eſt honor & imperium ſem-
piternum. Et iam propter nos ſcriptũ eſt, quoniam qui arat, in ſpe fructus 1.Cor.9
arare debet, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Stat itaq; & ſtabit in-
concuſſe ſemper, ꝗ qui propter Chriſtũ perdiderit animã ſuam, ſaluã faciet
eam, & qui propter Chriſtũ reliquerit patrẽ & matrẽ, &c. centuplũ accipiet, Matth.19
& vitam æternã poſſidebit. Et beati quũ vos oderint homines, & exprobra Lucæ.6
uerint, & eiecerint nomen veſtrũ tanquã malũ propter filiũ hominis, Gau-
dete itaq; & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, Merces
etiam veſtra copioſa eſt in cœlis.

Non ſolum Paulus ille doctor gentium, ſed & alij apoſtoli docue-
runt, ex bonis operibus ſpem vitæ æternæ. Cap. XXXII.

ARbitror ego ſatis conſtare, Paulum laboraſſe veluti bonum militẽ
Ieſu Chriſti ſub ſpe vitæ æternæ, reſtat vt videamus, quid ad hæc
ſenſerit Petrus, cui nomen Syriace Cæphas, ſcribens autẽ electis ad-
uenis diſperſionis Ponti Galaciæ, Capadociæ, Aſiæ & Bythiniæ, dicit: Be-
nedictus pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundũ miſericordiam ſuam 1.Petri.1
magnam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex
mortuis in hæreditatem incorruptibilẽ & incontaminatam & immarceſci-
bilem conſeruatã in cœlis, in vobis qui in virtute dei cuſtodimini per fidẽ in
ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo. Et iterũ: In hoc vocati eſtis
vt benedictionem hæreditate poſſideatis. Qui eñ vult vitam diligere, &
dies videre bonos, coerceat linguam ſuam a malo, & labia eius ne loquantẽ
dolum. Declinet autẽ a malo & faciat bonum, inquirat pacẽ & perſequatur
eam, quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus
autẽ domini ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmu- 2.Petri.3
latores fueritis? Nouos eñ cœlos & nouam terram & promiſſa ipſius expe
ctamus in qbus iuſtitia habitat. Iohãnes ille quẽ diligebat Ieſus, ſcribẽs huic 2.Ioh.vnico
ſanctæ dñæ, ſic ait: Videte voſmetipſos ne pdatis, q̃ operati eſtis, ſed vt mer
cedẽ plenã accipiatis. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ & dabo tibi coronã vitæ, q Apoca.2
vicerit ſic veſtietẽ veſtimẽtis albis, & nõ delebo nomẽ eius de libro vitæ, q vi Apoca.3
cerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi cũ pr̃e meo
in throno eius & vigintiquatuor ſeniores q in cõſpectu dei ſedẽt, in ſedibus

ſuis,laudant dominum ꝙ redditurus ſit mercedem ſeruis ſuis prophetis,& ſanctis,& timentibus nomen eius,puſillis & magnis.Iacobus in ſua canonica:Nonne deus pauperes in hoc mundo,diuites in fide,& hæredes regni, quod repromiſit deus diligentibus ſe. Iudas, non ille Iſchariotis,ſed Ieſu Chriſti ſeruus, & frater Iacobi: Chariſſimi(inquit)ſuperædificate voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei,in ſpiritu ſancto orantes,voſmetipſos in dilectione dei ſeruate,expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternã.Verũ eſt itaꝗ quod Romanis pollicetur Paulus,dicens:Tribulatio patientiã operatur,patientia aũt probationẽ, probatio vero ſpem, ſpes aũt non confundit,quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis.Non ſunt itaꝗ de die in diem differenda bona opera,ſed quodcunꝗ poteſt manus operari,inſtanter faciat & operetur,Nam vt Satyricus ille ait:

Iaco.2 Cañ.Iudæ Roma.5

Qui non eſt hodie,cras minus aptus erit.

Errant qui putant meritum alienum homini prodeſſe non poſſe. Cap. XXXIII,

SVnt,& vtinam non eſſent,qui falſo ſibi ac alijs perſuadere cœperunt, alienũ meritum nihil prodeſſe,ſed videant & paulo acutius attendãt hi,quidnam in Geneſi ſcriptum legant,Dominũ quidẽ voluiſſe perdere Sodomam,erat enĩ peccatũ illius grande nimis. At hæc ꝙ quũ intellexiſſet Abraham,dicere cœpit: Nunquid perdes iuſtũ cum impio,ſi fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul, & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo?Abſit a te,vt rem hanc facias,& occidas iuſtũ cum impio,fiatꝗ iuſtus ſicut impius.Non eſt hoc tuũ qui iudicas omnẽ terram,nequaquã facias iudicium hoc,Dixitꝗ dñs ad eum:Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis,dimittam omni loco propter eos.Reſpondit & ait:Quia ſemel cœpi,loquar ad dominũ meũ, quũ ſim puluis & cinis,ꝙ ſi minus quinquaginta iuſtis,quinꝗ fuerint, delebis propter quadragintaquinꝗ vniuerſam vrbẽ?Et ait:Non delebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinꝗ. Rurſumꝗ loquutus eſt ad eũ:Si aũt quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies?Ait:Non percutiã propter quadraginta.Ne,quæſo,inquit,indigneris dñe, ſi loquar, Quid, ſi ibi inuenti fuerint triginta?Reſpõdit:Non faciam,ſi inuenero ibi triginta,quia ſemel ait, cœpi,loquar ad dominũ meum,Quid,ſi ibi inuenti fuerint viginti?Ait:Nõ interficiã propter viginti.Obſecro(inquit)ne iraſcaris dñe ſi loquar adhuc ſemel,Quid,ſi inuẽti fuerint ibi decẽ?Dixit:Nõ delebo propter decẽ.Abijt dñs poſtꝗ ceſſauit loqui ad Abrahã,& ille reuerſus eſt in locũ ſuũ.Ecce quõ primo loco quinquaginta,poſt hæc quadraginta,inſuper triginta,& viginti,imo tandẽ decem iuſti ſuis meritis potuiſſent efficere tantum,vt iam non perdi

Gene.18

perdidiſſet Sodomam dominus. Sed & Laban ait ad Iacob: Inueniam gra Gene. 30
tiam in conſpectu tuo, Experimento didici, quia benedixerit mihi deus pro
pter te, conſtitui mercedem tuam quam dem tibi. At ille reſpondit: Tu no-
ſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio, mo-
dicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, bene-
dixitq; tibi deus ad introitum meum. Iuſtum eſt igitur vt aliquando pro-
uideam domui meæ, & hic bene & proſpere ſucceſſit rebus Laban propter
Iacob ac illius merita. Benedixit etiam dominus domui Aegyptij propter Gene. 39
Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quam in agris cunctam eius ſubſtan
tiam, Ita em̃ de Ioſeph in Aegyptum a fratribus vendito, manifeſte ſcriptu-
ra docet. Sed & ad Salomonem dominus ait: Quia habuiſti hoc apud te, 3. Reg. 11
& non cuſtodiſti pactum meum & præcepta mea quæ mãdaui tibi, dirum
pens ſcindã regnũ tuum & dabo illud ſeuo tuo, veruntamẽ in diebus tuis
non faciam propter Dauid patrẽ tuum, de manu filij tui ſcindam illud, nec
totum regnũ auferam, ſed tribũ vnã dabo filio tuo propter Dauid ſeruum
meum & Hieruſalem quã elegi. Ecce iam Dauid mortuus iacebat in ſepul-
chro, illiuſq; ſepulchrum notũ erat, nihilominus attentis meritis ipſius Da-
uid regis, noluit dñs a Salomone totũ auferre regnũ, ſed vnam tribũ dedit
filio eius. Et Ahias quũ ſcidiſſet palliũ ſuũ in duodecim partes, ait ad Hiero
boam: Tolle tibi decem ſciſſuras. Hæc em̃ dicit domin⁹ deus Iſrael, ego ſcin
dam regnũ de manu Salomonis, & dabo tibi decẽ tribus. Porro vna tribus
remanebit ei propter ſeruum meũ Dauid, & Hieruſalẽ ciuitatem quã elegi
ex oĩbus tribubus Iſrael, eo q; dereliquerit me, & adorauerit Aſtharthen
deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Am-
mon, & non ambulauerit in vijs meis vt faceret iuſtitiam corã me, & præce-
pta mea & iudicia ſicut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnũ de ma
nu eius, ſed ducẽ ponã eum cunctis diebus vitæ ſuæ propter Dauid ſeruum
meũ quẽ elegi, qui cuſtodiuit mandata mea & præcepta mea. Auferam autẽ
regnũ de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus, filio autem eius dabo tri
bum vnam, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus coram
me in Hieruſalem ciuitate quã elegi, vt eſſet nomen meum ibi, Te autẽ aſſu-
mam & regnabis ſuper omnia quæ deſiderat anima tua, eriſq; rex ſuper Iſra-
el. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi & ambulaueris in vijs meis,
& feceris quod rectũ eſt corã me, cuſtodiens mãdata mea & p̃cepta mea, ſi-
cut fecit Dauid ſeruus meus, ero tecũ & ædificabo tibi domũ fidelem, quõ
ædificaui Dauid domũ, & tradã tibi Iſrael, & affligã ſemen Dauid ſup hoc,
veruntamen non cunctis diebus, Sed & Abiæ qui regnauit ſuper Iudã, de- 3. Reg. 15
dit dñs lucernã in Hieruſalem propter Dauid, vt ſuſcitaret filium eius poſt
eum, & ſtaret in Hieruſalem, eo quod feciſſet Dauid rectum in oculis do-
mini, & non declinaſſet ab oĩbus quæ p̃ceperat ei cũctis diebus vitæ ſuæ,
excepto ſermone Vriæ Ethæi. Quũ vero ſub Ezechia rege, rex Aſſyriorum 4. Reg. 19
vellet

vellet expugnare Hieruſalem, ait per Eſaiam dominus: Protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me & propter Dauid ſeruum meum. Ecce vt meritum alienum etiam poſt mortem regis Dauid plurimum profuerit. Et
Actor.27 profecto res multi ponderis eſt, quod in Apoſtolorum Actis legitur: Quũ eſſet orta in mari tempeſtas magna, & iam per plures dies non appareret, neque ſol neq; viderentur ſydera, & iam eſſet ablata ſpes omnis ſalutis, aſtitit angelus dei, & dixit Paulo: Ne timeas Paule, ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. Simon ille Magus quum audiuiſſet quæ Petrus com-
Acto. 8 minabatur ei, confidens alieno merito, dicit apoſtolis: Precamini vos pro
Ad Phile. vni. me ad dominum, vt nihil veniat ſuper me horum quæ dixiſtis. Et ad Philomonem Paulus ait: Spero per orationes veſtras me donari vobis. Et multa ſunt id generis exempla, quæ manifeſte docent alieno merito ſæpe iuuari, & adiutos eſſe homines Falſum itaque erit & eſt, quod nõnulli ſomniant alieno merito nihil impetrari poſſe.

Piorum preces & orationes non modo ſibi, ſed & alijs plurimum proſunt. Cap. XXXIIII.

SVnt qui pro innata quadam audacia turbant eccleſiam dei hac via, vt etiam audent affirmare orationes quæ fiunt & fieri conſueuerunt non niſi orantibus & neutiq̃ alienis prodeſſe poſſe, quibus multæ ſacrarũ literarum hiſtoriæ ex diametro contrariæ ſunt, & aduerſantur. Quando enĩ
Gene. 20 in Gerare rex Abimelech interceperat mulierem Abrahæ, dicit ad regem deus: Redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt, & viues. Si autem nolueris reddere, ſcito q; morte morieris, tu & omia quæ tua ſunt. Orante autem Abraham, ſanauit deus Abimelech & vxorem, ancillaſq; eius & pepererunt, Concluſerat enim deus omnem vuluam domus Abime-
Nume. 21. lech, propter Saram vxorem Abrahæ. Orat Moyſes vt tollantur ſepentes a filijs Iſrael, & oſtenditur illi ſerpens æneus pro ſigno. Orat Moyſes in Ra-
Exodi. 17 Nume. 11. phidim, leuatis ad deum manibus, & vincebat Iſrael. Orat & Moyſes quũ eſſet accenſus ignis & deuoraſſet extremam caſtrorum partem, & abſorptus eſt ignis. Orat Moyſes pro ſorore quæ iam lepra percuſſa fuerat, & dicit:
Exodi. 32 Deus, obſecro, ſana eam. Et quãdo peccauerat populus, fecitq; ſibi vitulum conflatile, & adorauerunt, atque immolabant hoſtias, & dixerunt: Iſti ſunt dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rurſumq; ait dominus ad Moyſen: Cerno q; populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyſes autem orabat dominum deum ſuum, dicens: Cur domine iraſcitur furor tuus cõtra populũ tuũ, quem eduxiſti de terra Aegypti in fortitudine ma-
Nume. 14 gna & in manu robuſta? Ne, quæſo, dicant Aegyptij: Callide eduxit eos vt interficeret in montibus & deleret e terra, quieſcat ira tua & eſto placabilis

ſuper

ſuper nequitia populi tui, Recordare Abraham, Iſaac & Iſrael, ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per temetipſum, dicens: Multiplicabo ſemen veſtrũ ſicut ſtellas cœli, & vniuerſam terram hanc, de qua loquutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper, placatusq́ eſt dominus ne faceret malum quod loquutus fuerat aduerſus populum ſuum. Stat Moyſes orans inter viuos & mortuos in ſeditione & in introitum Chore, & deprecatus eſt pro populo, & plaga ceſſauit. Stat Phinees & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Et pro populo murmurante contra Caleph & Ioſue orat Moyſes, dicẽs: Dimitte, obſecro, peccatum populi tui huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ. Iacuit & Moyſes corã domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus & deprecabatur dominum pro populo, quem dominus delere voluit, & exaudiuit eum dominus. Nec ſolum orat Moyſes, ſed & fratri ſuo Aaron & filijs eius toties iniunctum eſt, vt orent pro populo, ſic eñ legitur: Deprecabitur Aaron ſuper cornua altaris ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationib⁹ veſtris. Id quod deſcripſiſſe videtur Apoſtolus, dicens: Semel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine quem offerret pro ſua & populi ignorantia, hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatu. Quæ parabola eſt temporis inſtãtis, iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis & in potibus & in varijs baptiſmatidus & iuſtitijs carnis vſq́ ad tempus correctionis impoſitis. Q, ſi princeps per ignorantiam peccauerat, orabat pro eo ſacerdos. Si immunda fuit mulier, pro ea orauit ſacerdos. Q, ſi per ignorantiam quæcunq́ peccauit anima, rogat pro ea ſacerdos. Si anima iurauit labijs ſuis, vt vel male quid faceret vel bene, & non fecit, orabat pro ea ſacerdos & peccatis eius. Et id per totum Leuiticum tam commune eſt, vt fere ſemper, ſi quod peccatum admiſſum eſt, cogitur orare ſacerdos. Mira itaq́ res eſt quare hoc ſeculo inueniantur qui peruicaciter & aperta fronte contendũt orationes alijs prodeſſe non poſſe, Multo infideliores quidem illi ſunt, & Pharaone magis indurati. Videns eñ Pharao pualuiſſe ranas, vocauit Moyſen & Aaron & dixit eis: Orate dominum, vt auferat ranas a me & populo meo, Cumq́ veniſſet muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorum eius, & in omnem terram Aegypti, dixit iterum Pharao: Rogate pro me. Sic orat vt deſinant tonitrua dei & grando, & orantibus Moyſe & Aaron, exauditi ſunt. Samuel magnus ille propheta domini non formidat ad filios Iſrael dicere: Congregate vniuerſum Iſraẽl in Maſphat, vt orem pro vobis dominũ, non ignorans ſuas precationes etiam valere pro populo. Orat & eo modo Helias, Inuocauit & Eſaias dominũ, Et ſub Ezechia quando celebratũ eſt phaſe, facta eſt grandis celebritas in Hieruſalem, qualis a diebus Salomonis filij Dauid regis Iſrael in ea vrbe non fuerat, Surrexerũt autem ſacerdotes atq́

Nume. 16 | Pſal. 105 | Nume. 14 | Deut. 9 | Exodi. 16 | Hebræ. 9 | Leui. 4 | Leui. 12 | Leui. 4 | Exodi. 8 | Exodi. 9 | 1. Reg. 7 | 3. Reg. 18 | 2. Para. 30

Leuitæ benedicentes populo,& exaudita eſt vox eorꝝ,peruenitq; oratio in
Danie. 9 habitaculum ſanctū cœli,Orat & Daniel,qui poſuit faciem ſuam ad domi-
num deū ſuum,& cœpit rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere,di-
cens:Obſecro dn̄e deus magne & terribilis,cuſtodiēs pactū & miſericordiā
diligentibus te & cuſtodientibus mandata tua, peccauimus,iniquitatem fe
cimus,impie egimus & receſſimus & declinauimus a mandatis tuis ac iu-
dicijs,Non obediuimus ſeruis tuis prophetis, qui loquuti ſunt in nomine
tuo regibus noſtris,principibus noſtris,patribus noſtris,omniq; populo ter
ræ,Tibi dn̄e iuſtitia,nobis autem cōfuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iuda &
habitatoribus Hieruſalem & omni Iſrael his qui prope ſunt, & his qui pro-
cul in vniuerſis terris ad quas eieciſti eos propter iniquitates eorꝝ in quibus
peccauerunt in te dn̄e.Nobis confuſio faciei,regibus noſtris,principibꝰ no-
ſtris & principibus qui peccauerunt.Tibi aūt dn̄o deo noſtro miſericordia
& propitiatio,quia receſſimus a te, & non audiuimus vocem dn̄i dei noſtri
vt ambularemus in lege eius quā poſuit nobis per ſeruos ſuos prophetas,&
omnis Iſrael præuaricati ſunt legem tuā,& declinauerunt ne audirent vocē
tuam,& ſtillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio, quæ ſcripta eſt *in libro*
Moyſi ſerui dei,quia peccauimus ei.Et ſtatuit ſermones ſuos quos loquu-
tus eſt ſuper nos & ſuper principes noſtros qui iudicauerunt nos,vt ſuper-
induceret in nos magnū malum,quale nunquam fuit ab omni cœlo,ſecundū
quod factū eſt in Hieruſalem,ſicut ſcriptū eſt in lege Moyſi;Omne malum
hoc venit ſuper nos,Et non rogauimus faciem tuam dn̄e deus noſter vt re-
uerteremur ab iniquitatibus noſtris,& cogitaremus veritatem tuam, Et vi
gilauit dn̄s ſuper malitiam,& adduxit eam ſuper nos, Iuſtus dn̄s deus no-
ſter in omnibus operibus ſuis quæ fecit,Non em̄ audiuimus vocē eius, Et
nunc dn̄e deus noſter,qui eduxiſti populū tuum de terra Aegypti *in* manu
forti,& feciſti tibi nomen ſecundū diem hanc,peccauimus,iniquitatem feci-
mus dn̄e in omnem iuſtitiam tuam. Auertatur,obſecro,ira tua,& furor tuus
a ciuitate tua Hieruſalem & a monte ſancto tuo.Propter peccata em̄ no-
ſtra & iniquitates patrum noſtrorum,Hieruſalē & populus tuus in oppro-
brium ſunt omnibus per circuitum noſtrum, Nunc ergo exaudi deus no-
ſter orationem ſerui tui,& preces eius,& oſtēde faciem tuam ſuper ſanctua
rium tuum quod deſertum eſt,propter temetipſum inclina deus meus aurē
tuam et audi,aperi oculos tuos et vide deſolationem noſtram in ciuitatem,
ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum,Neq; em̄ in iuſtificationibus no-
ſtris proſternimus preces ante faciem tuam,ſed in miſerationibus tuis mul
tis,exaudi dn̄e, placare dn̄e, attende & fac,ne moreris propter temetipſum
deus meus,quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem et ſuper popu
lum tuum, Cumq; adhuc loquerer et orarem confiterer peccata mea et
peccata populi mei Iſrael, vt proſternerem preces meas in conſpectu dei
mei,pro monte ſancto dei mei,adhuc me loquēte in oratiōne mea, Ecce vir
Gabriel

Gabriel quem videram in viſione a principio cito volans, tetigit me, in tempore ſacrificij veſpertini, & docuit me & loquutus eſt mihi, dixitq́ Daniel: Nunc egreſſus ſum vt docerem te & intelligeres, ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo, ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſiderio rum es. Clamant tribulati preſbyteri filiorum Iſrael ad ſanctam hanc mulierem Iudith, dicentes: Ora pro nobis dominum, quoniam mulier ſancta es & timens deum. Et dies me deficeret ſi pergam ex ordine enarrare prophetas, & reliquos viros ſanctos, qui precibus aſſiduis & ad deum manibus eleuatis leguntur oraſſe pro alijs, Nolo hic commemorare quod in Zacharia, in Tobia & in Iob angelus orat, hoc adijcere placet, quod in hæc verba loquutus eſt dominus ad Elipham Themaniten: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis loquuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo vobis ſeptem thauros & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob & offerte holocauſtum pro vobis, Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiam vt non vobis imputetur ſtultitia, Neq́ enim loquuti eſtis coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Dominus quoq́ conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, quum orabat ille pro amicis ſuis. Ecce vt etiam ipſe dominus voluit vt oraret Iob ille vir ſimplex, rectus ac timens deum pro amicis ſuis. Qua ergo cõſcientia temporibus noſtris audent nonnulli pro tanto ineptire, vt doceant, preces aut precationes aliorum aut alienas inutiles eſſe nec alijs prodeſſe poſſe, proh pudor & nephas audire.

Iudith. 8
Zacha. 1. Tobiæ. 35 Iob. 42

Non ſolum ex veteri, ſed etiam ex nouo teſtamento clarum & manifeſtum fit, etiam preces aliorum prodeſſe plurimum. Cap. XXXV.

INuenti ſunt & deprehenſi, qui cum Fauſto illo hæretico (aduerſus quẽ tanta grauitate ſermonis olim ſcripſit diuus Aurelius Auguſtinus) tenent, veteri teſtamẽto & his quæ in illo ſcripta ſunt, nullam poſſe neq́ deberi fidem dari, propter quam impietatem etiam parui faciunt quicquid ex veteri teſtamento, quod ipſi non recipiunt, in hac orationis materia depromptum eſt, Sed interim velim vt reſpondeant, quare nam Chriſtus docuerit orare diſcipulos, & ſic dicere: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos a malo, Amen. Quam dominicam orationem ſi quis conſideret, facile deprehendet, in ſingulari numero nos alloqui, nõ modo cœleſtem, ſed & ſupercœleſtem patrem, dicendo: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua.

Matth. 6 Lucæ. 11.

Reliquas autem orationis particulas exprimentes, quemadmodum tradidit eas dominus, Oramus vt detur nobis panis noſter, & quidem quotidianus, vt dimittantur nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tẽtationem, ſed liberes nos a malo, ita fiet & ita inuenietur, vt totum id quod petimus, non ad vnius orãtis, ſed ad plurimorũ neceſſitatẽ & profectũ cõuertamus, & cõuerti petamus. Quid dicã, Chriſtus

Matth. 5 quando præcepit: Orate pro perſequentibus & calumniantibus nos. Hoc

Lucæ. 6 voluit, vt dicamus etiam non modo pro benefaciẽtibus, ſed & pro perſequẽtibus nos & malefacientibus nobis, imo non ſolũ pro nobis, ſed & pro om-

1 Cor. 4. 11. nibus orate. Et quia Apoſtolus Paulus aliquoties docuit, potiſſimũ quidẽ

Ephe. 5 Corinthios, Epheſios & Philippenſes, ac dixit: Imitatores mei eſtote, ſicut

Philip. 3 & ego Chriſti: Propterea placet & lubet videre, quid hac de re ſcribat &

Roma. 1. ſentiat Paulus. Patienter itaq; qui legerint hæc verba, audiant loquentem Paulum, ait aũt ſic: Teſtis eſt mihi deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius, q; ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. Et ad Corinthios: Oramus deum, vt nihil mali faciatis. Ecce quo-

1 Cor. 13 modo Paulus in teſtem ipſum deum vocat, q; inter orandum ſine intermiſ-

Ephe. 1. ſione ſit memor eorum. Ad Epheſios ſcribens, ait: Ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis. Ad

Philip. 1 Philippenſes iterum ſcribẽs, ait: Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis orationebus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, ſuper communicatione veſtra in Euangelio Chriſti.

Coloſſ. 1. Scribens ad eos qui erant in Coloſſis Aſiæ, dicit ſuo & Timothei nomine: Non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes. Et iterum ad eoſdem Co-

Coloſſ. 4 loſſenſes: Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper

1 Theſſ. 1. ſolicitus pro vobis in orationibus. His autem qui fuerunt in Theſſalonica Macedoniæ, ſcribens exorditur his verbis: Paulus & Syluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto, gratia vobis & pax, Gratias agimus deo ſemper pro omĩbus vobis, memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione. Et iterum

2. Theſſ. 1. ad Theſſalonicenſes: Oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos ſua voca-

2 Timo. 1. tione deus noſter. Ad Timotheum vero ſcribens ait: Gratias ago deo meo, cui ſeruio a progenitoribus meis in conſcientia pura, q; ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die deſiderans te videre. Ecce quomodo Paulus, Syluanus & Timotheus gratias agunt, & ſemper ac ſine vlla intermiſſione orarũt pro Romanis, Epheſijs, Theſſalonicẽ. Coloſſẽ. Philippẽ. ac Timotheo, Neq; ſatis fuit vt orarent illi pro alijs, imo hoc anxie & ſummo deſiderio quæſierũt, quatenus & pro ſe orarẽt alij, Sic

Roma. 15 enĩ Romanis ſcribit: Obſecro vos fratres per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris

ſtris ad deum. Et ad Epheſios: Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus Ephe.6
quod eſt verbum dei, per omnem orationem & obſecrationem, orantes in omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſterium Euangilij, pro quo legatione fungor in catena iſta, ita vt in ipſo audeam, prout oportet me, loqui. Ad Philip- Philip.4
penſes ſcribens, ait: In omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud deum. Ad Coloſſenſes autem ſic ſcri Coloſſ.4
bit: Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis. Tale quid & Theſſalonicenſibus ſcribit, dicens: Semper gaudete ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Et multa ſunt his ſimilia, quæ longum eſſet recenſere. Ex quibus tamen omnibus id colligere licet, quod paſſim & fere apud omnes dum viueret Paulus inſtabat, vt fratres 2.Theſſ.3
pro ſe orarent: De cætero (inquit) fratres orate pro nobis, Et aliquoties vo- Hebræ.13
luit vt orarent pro inuicem. Quod etiam Iacobus in canonica ſua confir- Iaco.5
mat, dicens: Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Cõfitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini. Multum enĩ valet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis 3.Reg.17
paſſibilis, & oratione orauit vt non plueret ſuper terram, & non pluit an- Lucæ.4
nos tres & menſes ſex, & rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Q. ſi preces & precationes alienæ vel aliorum nihil valent, & nihil prodeſſe poſſunt, mirum quid fuerit, vel audire vel legere Paulum in hæc verba loquentem: Obſecro (inquit) primum omnium fieri obſe- 1.Timo.2.
crationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtra deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt, in quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus, Veritatem dico, non mentior doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Aduerte quid hic docuerit Paulus, Obſecrationes quidem vult & orationes, poſtulationes, & tandem gratiarum actiones fieri pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro om̃ibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, Dicit hoc eſſe bonum, etiam acceptum coram ſaluatore noſtro deo. Aduerſarij vero dicunt, hoc nõ eſſe bonũ, & nequaquã eſſe acceptũ corã deo. Inſuper prædicamus & nos, eſſe

vnum mediatorem dei & hominum, Ieſum Chriſtum. Interea tamen docetur, vt oremus, vt obſecremus, poſtulemus, & gratias agamus, vult etiam vt viri orent in omni loco. Falſum eſt itaq; & omni fallacia ac deceptione plenum, quod præſtigioſi aduerſarij dicunt, ex quo nobis contigerit aduocatus noſter, interpellator noſter, mediator noſter, Ieſus Chriſtus, non oportere alterum pro altero orare, quando aduocatus ille noſter interpellator & mediator obtinuerit & obtinet omnia, Nam Apoſtolus hac de re verba faciens, non modo non prohibuit, ſed & obſecrauit & per ſacra monuit & hortatus eſt, vt non ſolum pro regibus & his qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ſed & pro omnibus hominibus obſecrationes, orationes, poſtulationes & gratiarum actiones fierent. Arbitror ego nunc ſatis & ſupra modū conſtare & lequere omnibus, vt etiam piorum Chriſtifideliũ preces & orationes, quæ fieri quotidie ſolent, etiam alijs proſint, & prodeſſe queant.

Hæc de fide & bonis operibus dixiſſe ac docuiſſe volui, in ædificationē & pro ſalute multorum Chriſtifidelium, & in laudem omnipotentis dei, cui eſt honor & gloria & imperium, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Impreſſum eſt hoc præclarum opus de fide & bonis operibus Reuerendiſſ. in Chriſto patris ac domini, D. Iohannis Fabri Epiſcopi Viennenſis, atq; eccleſiæ catholicæ defenſoris, Coloniæ in laudabili officina Petri Quentell, Anno a natali Chriſtiano
M. D. XXXVII.